

Augustin Balthasar von

**Programma Qvo Avgvstinvs De Balthasar J. U. D. Prof. Ordin. Facvlt. Jvrid.  
Senior ... Ad ... Domini Ioachimi Henrici Scheffelii, Wismar. Dispvationem  
Inavgvralem De Svccessione Ab Intestato Ex Jvre Lvbecensi D. Octobr.  
MDCCLVIII. B. C. D. Pvbllice Ventilandum ... Invitat : Simvlqve In Recensendis  
Vitis Jctorvm Gryphiswaldensivm Pergit**

Rostochii: Litteris Rösenianis, [1758?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877352801>

Druck Freier  Zugang





N. N. — 2 (137.)

1. Handwritten des jüdischen Familienbuches, das unter dem Namen Colletorum historia et juris patrii vellem Reifendae Gabriel Spelt. griff.
2. Handwritten des Familienbuches Gabriel Spelt, unter dem Namen Collectorum historia et juris patrii. Griffendae
3. Fidei, gestalt bey der Abschied des Grafen von Putbus, nun Balthasar.
4. Die Mittel u. Urprung der Balthasar imen Archidamen so min vungtin die die farsum der Palmen hinterfland. nun Balthasar.
5. Handwritten die inigen Thigandien und andern nichten Handwritten, welche zu Griffendae der Archidamen griffet.
6. Balthasar, de legato.
7. Balthasar, de eo, quod justum est circa mystias
8. Balthasar, program ad Haselberg disputat: de contractibus et act. honesti fidei et Ho. juris.
9. Balthasar progr. ad Starmann disput. de prerogativa juris germanici praesure romano, in materia pactorum dotalium.
10. Balthasar progr. ad Fischer diss. de pecunia asseruatiouis in contractu locatiouis cond. solute, eiusque in Concursu Crediti iure.
11. Balthasar progr. ad Dyen diss. de usufructu paterno in fidei familiarum Familias.
12. Balthasar progr. ad Rudol. diss. de indole genuinae simultaneae I. Germ. investiturae cum longobardica collatae.
13. Balthasar progr. ad Hess diss. de iure principis circa baptismum.
14. Balthasar progr. ad Balthasar diss. de iure peregrinorum singulari in processum.
15. Balthasar progr. ad ab Joen diss. de vi matrimonii consummati.
16. Balthasar progr. ad Schomer diss. de libris s. matriculis ecclesiasticis et c.

17. Balthasar, progr. ad diss. Heybergii, de iure usus in concursu  
su creditorum J. Libenig. in eadem classe integre adjudicandis.
18. Balthasar progr. ad diss. de Paltanii, de favore depositi.
19. Balthasar progr. ad diss. Meyeri, de remissione in mercedis  
in locatione praediorum rusticorum abingens damnum ex  
huc pecuniarum conductori contingens.
20. Balthasar progr. ad diss. ~~Philippi~~ Schuffelii, de successione  
ab intest. ex par. Libenig.
21. Balthasar, progr. ad diss. Balthasari, de origine fluminum  
in genere, praecipue ablatum in pomerania horumque in  
Dole.
22. Balthasar, de poena adulterii.
23. Weyphal et Balthasar de Serenissimorum ducum pomeraniae  
meritis in rem literariam.
24. Balthasar de intellectus facultatibus ad voluntatem Dei spi-  
ritus sancti ductu componendis.
25. Balthasar, de voluntate aut Angelorum Sanctitatem.
26. Balthasar, de justificatione non physica sed poenali ad  
dictum functionis Christi pie celebrandum.
27. Balthasar de chetificatione spiritali.
28. Balthasar de diebus gentium tutelariibus ex antiquitate quae-  
dam.
29. Balthasar en, et quatenus illud restauratae humanae  
salutis medium ratione investigari possit.
30. Balthasar, de locis religiosis.
31. Balthasar, de linguae usu et abusu morali.
32. Balthasar, progr. ad Christum archangelum in creati  
michaelis.

PROGRAMMA

QVO

AVGVSTINVS DE BALTHASAR

J. U. D. PROF. ORDIN. FACVLTV. JVRID. SENIOR ET PRO-DECANVS,  
REGII CONSISTORII, REGLEQVE SOCIETATIS TEVTONICÆ GRYPHICÆ  
DIRECTOR,

AD

PRAENOBILISSIMI ATQVE DOCTISSIMI

DOMINI

IOACHIMI HENRICI  
SCHEFFELII,

WISMAR.

DISPVATIONEM INAVGVRALEM

DE

SVCCESIONE AB INTESTATO EX JVRE LVBECENSI

D. OCTOBR. MDCCLVIII.

B. C. D. PVBLICE VENTILANDAM

MAGNICVM DN. PRO-RECTOREM,

GENEROSISSIMVM

REGII DICASTERII DIRECTOREM,

ET VTRIVSQVE ILLVSTRIS COLLEGII PROCERES,

NEC NON

MEMBRA AMPLISSIMI SENATVS URBICI

ET VEN. MINISTERII SACRI ANTISTITES,

VT ET

GENEROSAM ATQVE NOBILISSIMAM DN. STVDIOSORVM  
COHORTEM,

EA, QVA DECET, HVMANITATE  
INVITAT,

SIMVLQVE IN RECENSENDIS

VITIS JCTORVM GRYPHISWALDENSIVM  
PERGIT.

ROSTOCHII, LITTERIS RÖSENIANIS.

PROGRAMMA

AVGVSTINI DE BALTHASAR

U. S. PRO. ORDIN. FACULT. JVRIS SENIOR ET P. DECANVS  
REMI CONSISTORII, RECTOR V. SOCIETATIS THEOLOGICAE  
DIRECTOR

AD

FRANCONIENSIS THEOL. DOCTISSIMI

IOACHIMI HENRICI  
SCHEFFELII

WISMAE

DISPUTATIONEM IN AVOYRALEM

SUCCESSIONE AB INTERSTATO ET JURE LVREBENSIS

ET  
OCTAVI SUCCESSORII

M. S. N. P. V. L. I. C. V. N. T. I. L. I. A. N. D. A. M.

MAGNIFICVM DN. PRO-RECTOREM

GENEROSISSIMUM

REGNI DICASTERII DIRECTOREM

ET VTRIVSQVE ILLVSTRIS COLLEGIJ PROCUREM

ET  
REGNI

MEMBRIS APPELLISSIMI SENATUS ERBIDI

ET VEN. MINISTERIBVS SACRI ANTIQVITATIS

ET  
ET

GENEROSAM ATOVE HONORISSIMAM DN. STUDIOSORVM

CONGREGATIONEM

EA, QVA DECT. IN MANITATE

INVITATA

IN AVOYRALEM

VITIS ICTORVM GRYPHIS WALDENSIUM

PERIT

ROSTOCKENSIS LITTERARIS ROEMANENSIS



um atroces bellorum impetus, quibus tam longe lateque divisis dispersisque omnes fere gentes ac nationes Europæ premuntur, labente præterito anno etiam nostram provinciam, quin immo, ipsis Calendis Januarii nostram civitatem invaserint, ita, ut per integrum semestrem undique armorum fulgor, strepitus, terror, omnium oculos, aures, animos perstringeret, obtunderet et consterneret; summi Numinis providentia ita dirigente, aliquatenus jam resederint, Musæque nostræ Gryphicæ armorum strepitu perterritæ ac maxima ex parte, qua studiosam juventutem spectat, profligatæ, ad pristinos Lares redire ceperint; merito nobis gratulamur, quod jam spes otii nobis affulgeat, ut iterum actus solennes academicos, quibus Musæ maxime oblectantur, in alma nostra Gryphica quiete suscipere liceat.

Jam ante irruptionem militis Borussici in has terras, prænobiliss. ac doctiss. Dn. Candidatus SCHEFFELIUS animum induxerat, rerum suarum conditione ita exigente, gradum Licentiatum in nostra Academia assumendi; dederat huic Facultati nostræ nomen, semetque ad examen aliaque a candidato præstan-



da obrulerat: At, tristia modo narrata fata, quibuscum patria nostra confictari habuit, moram injecere; his autem jam jam feliciter superatis, cœptum profecuturus consilium, examini semet stirit, eoque ex anlato dignum sese præbuit Candidarum, cui via ad summos in jure capeffendos honores aperiretur. In specimen exquisitæ eruditionis ac diligentiaæ suæ nobis exhibuit Disputationem, proprio Marte elaboratam, ut utilissimam ita et intricatissimam materiam de *successionibus ab intestato ex J. Lubecensi* continentem, quamque publico eruditorum examini submittere, penes se constituit. Cui actui dies jam dictus est, meique est officii, ad actum huncce disputatorium, quem mox comitabitur solennis Candidati in Licentiatum juris renunciatio, doctorum cœtum publico Programmate invitare, cui vitam Dn. CANDIDATI, hæctenus laudabiliter transactam inferere moris est.

Priusquam autem ad eam suppeditandam me accingo, ex lege semel iterumque mihi ipsi præscripta, in recensione vitarum Jctorum ac Professorum Gryphiswaldensium pergam. Sequitur autem in ordine

XXVI.

## MATTHIAS STEPHANI

J. U. D. ET PROF. ORDINAR. CONSILIARIUS PRINCIPIS.

**N**arus est Pyritæ in urbe Pomeraniæ citerioris, a. 1570. d. Petri et Matthiæ, qui est 22. Febr. (1) HYPOLITI civis ibid. haud infimæ sortis et URSULÆ KARSTENS f. CHRISTIANI, alibi URSULA WALTHERS dictæ, filius, et JOACHIMI nepos, a quibus honestis parentibus ad pietatem et bonas litteras in Patria diligenter educatus fuit. Hinc ad scholas, tunc temporis florentes, Stetinensem et Berolinensem missus

(1) Hunc diem et annum natalem ipse A. prodit in *Dedicatione præmissa Commentaris in XIII. Tit. priores Lib. I. cod. Justin.*



missus tantum profecit, ut parentes ac præceptores optimam de eo spem futuræ eruditionis et profundioris doctrinæ conciperent. Interea a 1583. ætatis vero suæ 13. parente utroque orbatus a fratre suo D. JOACHIMO STEPHANI, Profess. Gryphisw. cujus vitam supra Num. XVI. jam descripsimus, ad hunc locum evocatus, et ab eodem filij loco receptus fuit, inque studiis domi per privatos Præceptores fideliter instructus, primum scholam trivalem ad tempus frequentavit, donec maturior ætas et artes magis seriæ eum a. 1586. ad Academiam frequentandam incitarent, in qua etiam civem egit sedulum et modestum ad tres annos. In Philosophiæ studiis manuuctores habuit et quidem in Ethicis D. BALTH. RHAU; in Physicis D. WERLICIUM; in Oratoria M. CLINGENBERGIUM. In jure vero addiscendo duce utebatur germano suo JOACHIMO, at! quanto viro! Horum assidua industria adjutus, eousque progressus, ut commilitones fere omnes longe post se reliquerit. Hinc a prædicto fratre suo Regiomontum, celebre Borussiae Lycaum missus, Philosophiæ practicæ et Jurisprudentiæ simul ulteriorem navans operam, docentes ibidem sedulo et attente audivit, egregiamque sibi illarum scientiarum cognitionem comparavit; ita ut per biennium illic transigendo, diversa collegia privata aperuerit, et aliquoties in privatis et publicis disputationibus Præsidis munus cum laude sustinuerit.

Postea a. 1591. Wittebergam concessit, fama adductus præstantissimorum juris Doctorum, quos inter id ætatis excellebat D. REUSNERUS; ubi tamen saltem per semestre spatium commoratus, Lipsiam petiit, inque isto artium et facultatum emporio florentissimo annum studiorum prospere succedentium fecit progressum. Sed sub anni 1592. egressu Lipsia ad Rectoratam scholæ Soldinensis, Metropolis Neo Marchiæ legitime vocatus, quo tamen ob ardorem erga studium Jurisprudentiæ solidioribus fundamentis fulciendi, haud diu persistere potuit: quocirca denuo Francofortum ad Viadrum salutavit, inque hoc loco triennium moratus, tam lucubrando sibi ipsi, quam erudiendo studiosam pubem in practicis disciplinis ipsaque juris scientia ubere cum fructu florem juventutis suæ sedulo exercuit. In-



de Rostochium adeundo non minus ibi Collegiis privatis ac disputatoriis exercitiis apud Professores favorem et gratiam, apud discipulos vero et coæquales nominis existimationem, doctrinaeque haud vulgaris testimonium sibi conciliavit; id, quod istic loci editione IV. *Centuriarum Quaestionum juris a. 1598.* impressarum luculentius reddidit.

Hoc cursu studiorum suorum feliciter emenso, ad annum ætatis usque trigésimum, Ao. Christi 1599. matrimonii foedus ineundi eaque conditione sedem alicubi certam figendi animum induxit. Proinde thori sociam sibi adoptavit lectissimam pudicissimamque virginem JOHANN EGGERTS, civis Rostoch. primarii filiam dilectam; verum priusquam celebraret nuptias, partim perigrinandi quodammodo, partim vero honores summos petendi causa instituit iter per Megapolin, Marchionatum Brandenburgicum, Saxoniam, Bohemiam, Palatinatum. Rheni, Heidelbergam versus, aulam Electoris Palatini, inque hac Universitate 1599. d. 3. Martii sub Præsidio D. DAN. NEBELII, Prof. ord. pro Licentia disputavit & ventilavit quaestiones juris controversi I plag. eodemque quoque anno d. 19. April a PAULO MELISSO comite Palat. caesar. laurea poetica fuit ornatus; & simul eod. a. & die gradus & honores doctorales ipsi fuerunt collati (2). Quibus adeptis, licet suavis fratris JOACHIMI, constituerit curam suscipere ejusdem filii unici, LAURENTII, post Rostoch. Profess. jur. ordin. & Facult. jurid. Senioris longe celeberrimi, extra Germaniam ad peregrinas oras cum ipso proficiscendi: attamen, quia matrimonii fidem jam antea dederat sponsoe, a proposito hoc destitit, domumque non multo post redux, nuptias Rostochii celebravit, ibique quatuor annos continuos & profitendo & disputando ita transegit, ut quibusvis bonis doctisque viris meliori se commendavit nota.

Ao.

- (2) Utraque promotio apparet ex Carmine gratulatoris, quod PAULVS MELISSVS nostro, tunc temporis Candidato scripsit, et ejusdem *Tract. de Jurisdictione* est praemissum saltem in antiqua edit. hujus tractatus de 1606. per errorem extat annus MDCL. qui tamen in recentiori edit. ne Francofurt. de 1623. in 4. per postpositionem ultimi numeri MDIC. est correctus.

Ao. 1603. cum fratris visendi causa forte fortuna huc Gryphiswaldiam appulisset (3) ab illustrissimo Principe PHILIPPO JULIO in locum DAN. RVNGII dicti Principis aulae Cancellarii Professor substitutus factus, quam tamen substitutionem brevi post a. 1604. d. 25. Oct. beneficio Principis praedicti cum Professione juris extraordinaria commutavit. v. *Annal. Acad. h. a.* Hac sparta functus a. 1608. d. 13. Aug. (Titulus Disp. praefert diem 6. Aug.) publice ventilabat *Disp. de Concessionibus, s. Expectativis Professionum et Parochiarum harumque resignationibus et permutationibus.* Contradixerunt ipsi in actu disputatorio duo Collegarum ex Facultate, FRID. GERSCHOVIUS et FRID. MEVIVUS; quo in conflictu prior ipsi objecit, quod hac ipsa Disputatione nil aliud intenderit, quam ut concessionem principis, ipsi GERSCHOVIO ad Professionem ordinariam gratiose indultam et a Successore ejus confirmatam, et a Facultate jurid. ratihabitam, traduceret. STEPHANI primum hanc imputationem negabat, et se saltem in thesi, de concessionibus in genere, non vero de hac vel illa in specie locutum esse, asserbat. Cum vero GERSCHOVIUS serio et acriter suam objectionem urserit, suamque concessionem a Principe impetratam publice praegerit; STEPHANVS in fervore disputandi concedebat, se hac ipsa disputatione animum suum ad opponentis concessionem intendisse: et quanquam una alterave vice a Dn. Gen. Superint. KRACKEVITZIO admoneretur ipsi simpliciter thesi inhærendum esse, nihilominus fervore abreptus Praeses, GERSCHOVII impetratam concessionem illegitimam pronuntiabat; nec Principem ejusmodi expectativas concedere potuisse, nec ad eas servandas adstrictum esse, defendebat, addens: minus quoque Facultatem juridicam decere, ejusmodi turpes & bonis moribus contrarias concessionem ratihabere. Omnes, qui ejusmodi concessio-

(3) JOH. MICHAELIS in Panegyrico funebri, infra citando, refert a. 1608. et in descriptione Epitaphii, quae inserta der Pom. Bibliothec. infraque adducetur, legitur 1605. At, utrumque repugnat fidei Annalium academ. aliisque rerum documentis. Ipse enim STEPHANI in Praefat. Commentarii sui in Novellas de 1630. d. 20 Febr. scribit: Annus jam agitur 28, quo primum ex vicina Rostochiensis ad hanc Gryphiswald. Academiam docendae causa redii. Id quod in a. 1602. vel sequ. 1603. insidit. v. infra nota 5.



cessionem impetrent, contra boni & timorati viri officium agere, quandoque propterea in ipsis certissima malitiae argumenta appareant. Cumque Dn. MEVIUS alter opponens ipsi in mentem revocaverit literas reversales, quas ipse Praeses tempore suae substitutionis exhibuerit, primum illas extare negavit, deinde illas ab ipso extortas fuisse, asseruit; MEVIUM mendacii arguit, & hunc actum in ejus contemtum institutum esse, haud ivot inficias. Quae res multis deinde diffidiis inter Collegas ansam dedit, donec tandem auctoritate Principis per ejus Consiliarios compositio amicabile inter ipsos tentata & mutuae transactionis instrumentum ab utraque parte subscriptum fuerit; quo M. STEPHANI declarat, se in suo *Tr. de Academicis*, it. *Thes. de Concessionibus* & in ipso quoque actu disputatorio nullatenus habuisse animum injuriandi; verba utrinque in fervore disputandi prolata compentantur & utraque pars sibi facit honoris declarationem; Responsum ab exteris Jctis petita mutuo supprimuntur; Princeps non solum actionem fiscalem remittit; sed & STEPHANVM in posterum ad Referentis officium in Facultate admittendum injungit, testantibus id actis in Archivo Academiae repositis.

Anno 1610. priori sua Conjuge cum acerbissimo animi dolore orbatus annum & ultra in viduitate degit; In sequente vero, 1611. d. 28. Aug. divina quodam fato ad secunda transit vota, atque matrimonium cum lectissima virgine DOROTHEA SEYDELIA, JACOBI Med. D. et P. et CATHAR. ZIMDORFAE filia, iniiit. v. GERSCHOV. in *Catal. Rector et Prof. Academ. Gryphisw.*

Ao. 1618. d. 19. Martii horis pomeridianis publice parentavit illustriss. Principi PHILIPPO II. Duci Stetin. Pom. cujus qua pietatem in Deum, amorem in subditos, insignem insuper eruditionem et in literas ac literatos amorem ista aetas non vidit similem. v. *Annal. acad. ad h. a.*

Post obitum fratris JOACHIMI a. 1623. locum vacantem ambibat Dn. LAUR. LYDENIUS, Prof. in Facult. Phil. ordinarius;

narius; At, eo neglecto et posthabito noster MATTHIAS, ut Prof. jur. extraord. ex communi Collegii suffragio nominatus, in vacantem illum locum Professionis ordinariæ ab illustriss. Principe d. 3. Nov. 1624, vocatus et acceptus est, simulque ipsi salarium quartæ Professioni dicatum, promissum fuit; delato simul ipsi munere Consilarii Principis.

Ao. 1625. d. 19. Nov. publice Rector Acad. declaratus est. Ao. 1626. d. 25. Julii, cum noster vocationem aliorum impetrasset, Princeps eidem stipendium 200 Floren. ad dies vitæ, quamvis id antea JOHANNI BURGMANNO fuerat promissum, ea conditione confirmavit, ne stationem suam mutaret, sed ea diligentia, qua hæcenus studiosam iuventutem erudit, continuaret. (4)

Ao. 1630. d. 22. Julii tres ejus filii *Joachimus* nat. d. 19. Jan. 1615. *Hyppolitus*, n. d. 14. Sept. 1618. *Theodorus*, n. d. 4. Nov. 1622. v. LAVR. LVDENII tt. Rector acad. Progr. *emortuale de l. a. et d.* et paulo post filia ejus DOROTHEA, ex priori matrimonio a. 1610. suscepta, d. 6. Aug. 1630. v. EJUSD. LVDENII Progr. *emort. d. 8. Aug. c. a.* omnes parte extincti, fuere elati. In hoc tempus incidit funestum illud tricennale bellum, quo universa Pomerania, in primis Civitas et Academia Gryphica misere fuit turbata, immo dilacerata; cujus afflictiones etiam persensit noster, easque forti infractoque animo, ne locum quidem mutando, sustinuit (5).

Ao.

(4) Hoc indulto beneficio principali nostrum jam tum invidiam odiumque Collegarum sibi concitasse, quod postea majori mole expertus est, colligere licet ex *Dedicatione Commentario in Novellas præmissa*, qua his utitur verbis: *Nullius vero ego famam unquam perstrinxi, quippe quod ab eo vitio sim alienissimus, neque in alterius præjudicium quid scripsi, vel, ut obessem; sed eo tantum vires intendi, ut studium et laborem meum ad gloriam Dei et utilitatem Reip. literaria impenderem.* Deploranda autem est hujus seculi improbitas, quæ nullum ferme beneficium agnoscit; sed omnia rapit ad calumniam et araneæ instar, vel ex rosa et viola venenum exsugit. Et optandum esset, ne nonnulli tam proterve in alios ferantur labores, et ne aliud sibi permittant in alios, quam quod vicissim ipsi ab aliis expectant atque expetunt.

(5) Ipse hoc de se prædicat in *Dedicat. ad affines suos COTHMANNOS Rostochiensis directæ, et Tract. suo de Jure Patronatus*, edit. 1631. præmissa,

B

missa,



Ao. 1634. d. 12. Febr, Princeps speciali Rescripto ST EPHANO stipendium, cujus antea facta est mentio, denuo; et insuper Conjugi ejus vitalitium 100 flor. gratiose indulgit ac confirmavit. Ao. 1635. d. 9. Nov. et denique 1638. d. 6. Oct. Rector Academ. eligebatur et d. 9. Nov. publice introducebatur.

Ao. 1639. d. 13. May. cum filius ejus PETRVS, vigore vocationis ducalis de 1636. a Concilio acad. in numerum Professorum extraordinar. reciperetur; ast juramenti officialis praestatio in aliud tempus, usque ad novum regimen aulicum hic locorum introducendum, differetur, male hoc habuit parentum, nescio, quid praedicii sub eo latere sibi imaginaturus; ideoque ingentes apud concilium acad. movit querelas quibus perpetuo de invidia Collegarum conqueritur. (6) Valde autem offendit concilium acad. quod M. STEPHANI satis importune apud Dn. ERSKEINIVM sollicitaverit, ut filius suus in numerum ordinariorum reciperetur; quo ipso infregisse illum privilegium universitatis, in suspicionem incidit. Solenniter itaque per Secretarium Academiae interrogatus fuit: *num ipsi e memoria exciderit, quod universitati competat Jus nominandi atque presentandi? et quid ipsi subsuerit causa, quod eo processerit. ut Professionem ordinariam pro filio suo, contra illud privilegium sollicitaverit? qui simul ipsi voluntatem ac intentionem collegarum indicavit; ut, si ab illis machinationibus clandestinis non desisteret, se effecturum,*  
ut

*missa, scribens: Quamvis etiam funestis et exitalibus bellis in quartum jam annum conflictati simus, adhuc ejus finem conspiciamus: ego tamen, spe melioris fortuna excitatus, fixo pede in Academia commissa perstiti, et adhuc persisto. nullum in Musas Marti triste imperium concedens, sed summo caelesti parenti et Deo meo confidens, in cujus manu et potestate vita et salus nostra posita est.*

- (6) *Proh dolor! scribit: ubi magni viri in aulis et Academiis citra jaclantiam, me Praeceptorem suum in literis et liberis suis editis nominare dignantur, ubi etiam nostrates aulici mich einen alten wohlverdienten redlichen Mann nennen, ego hoc loco invidiae tela pati cogor; Hinc certum est, addit, venisse me a. 1603. ad labores academicos, quando illi nondum vixerunt. Vocat se ipsum senem literionem, ein alten Schul-Fuchs, et tandem finem imponit post scripto: O! Herr; verlass mich nicht in meinem Alter, und wenn ich grau werde.*

*ut filio suo in posterum omnis via promovendi ulterius in Facultate ac universitate præsunderetur (7).*

Eod. a. 1639. circa fin. a Dn. DAVIDE MEVIO, Synd. Sund. ex L. Diffamari fuit conventus et a senatu Sundensi citatus. Universitas, cum compertum haberet, Dn. STEPHANUM aliquoties sine subsidialibus passum fuisse, se citari et per sua producta comperuisse Sundii, adeo primum hujus negotii ergo, contra Dn. STEPHANI protestata est per Secretarium suum; deinde etiam protestationem in scriptis misit Sundium, quam senatus Sundensis non ægre tulit, sed petiit subsidiales, quibus hanc actionem promovere cupiebat. Cum vero M. STEPHANI suos libellos non æque Academiæ communicaret, ut per illam Sundium transmitterentur: Academia literis sollicitavit Magistratum Sundensem d. 15. May 1640. scriptis, ut STEPHANO libellos suos retraderet, eique decreto injungat, ut mediante Magistratu suo academico eosdem exhiberi curet. Quo ipso acta definunt, nec, qua ratione huic litigio finis fuerit impositus, referunt.

Ao. 1641. Regimen Suecicum, quod eo tempore Provinciam occupatam tenebat, resque Academiæ disponebat; eidem privilegium ducale, quod super augmentum salarii et vitalitium uxoris impetraverat, confirmavit.

Ao. 1643. postridie Circumcisionis, in termino receptionis in Fac. jurid. consueto, novus Decanus MATTH. STEPHANI Collegas ad se vocavit, et inter alia receptionem filii in facultatem postulavit; cui annuerunt Collegæ. Sed incidit postea

B 2

gra-

(7) FRANC. STYPMANNVS voto suo sequentia inferuit: *Ego puto interesse universitatis, ut D. M. STEPHANI hac objiciantur; ille enim importunis suis flagitationibus Dn. ESKEN nimis molestus est. Meo exemplo se tueri nequit, cum hoc secundum receptum morem præcesserit, et reliqua usque ad superiorem futurum rejecta. D. ABRAH. BATTVS, Theol. cum hoc voto consentit, ne, ut fertur, et alii, qui exemplo Dni STYPMANNI non recte informati, aut seducti simile quid machinentur. Dn. JO. BERINGIVS scribit: Omnino STEPHANO objiciendum puto, quod malis artibus conetur filium suum nobis omnibus invitis obtrudere, præsertim cum sciat, Dno BURGMANNO filium suum nullo modo posse præferri, quemadmodum ipse in loco Consistorii, nobis omnibus præsentibus, aliquando confessus est.*



grave diffidium; quod, ne diutius duraret, interventione Magnifici, nobiliff. et maxime strenui Dn. ALEX. ERSKEIN, Consiliarii status et belli, compositum est; datis ad majorem confirmationem a Patre et Filio Facultati reversalibus. vid. *Anal. Fac. jurid. ad h. a.* (8).

Eod. adhuc anno d. 27. Julii in promotione doctorali suæ Facultatis Cancellarii vices sustinuit, circa finem hujus anni senior et emeritus cum Concilio acad. gravi lite, ob vitalitium ipsi et uxori suæ, gratia Principis indultum, fuit implicitus, qua occasione in Scheda ad Rectorem transmissa semet subscripsit: M. STEPHANI, quem Deus clementer deinceps velit liberare ab odio et invidia suorum Collegarum. Amen. Cumque spe finem suum obtinendi destitueretur, rem judicio Dicafterii detulit, et a 1644. d. 22. Jan. impetravit mandatum contra Academiam de solvendo. Hac regerit: STEPHANVM *continuis ac importunis suis sollicitationibus hanc gratiam Principis sub- et obreptitie extorfisse, injuriam temporis et inopiam presentem haud permitttere ejus exsolutionem.* Membrum Facult. Jurid. JOACH. VOLSCHOVIVS & FRANC. STYPMAN inprimis injuriam, sibi a STEPHANO illatam,

(8) Cum hic casus singularis, quod Pater et Filius in eadem sit Facultate, contigerit, in futurum usum posteritatis cum ipsa placet communicare literas istas reversales, ex quibus apparet, quomodo ratione votorum ferendorum in Facultate res fuerit composita. Sunt autem sequ. tenoris: Weil differenz, wegen meines Sohnes reception in Facultatem jurid. vorgelauffen: so ist dieselbe zwischen Hn. ALEX. ERSKEIN und Hrn. D. FRANC. STYPMANN dahin vermittelt; daß so ferne ich und mein Sohn, wann uns der Decanat treffen wird, damit pluralitas votorum keine controversie erzeuge, daß alsdenn der Decanus von uns ist, ein votum haben, der andere sich propter concordiam retinendam seines voti enthalte; und soll darauf mein Sohn würdlich in der Facultet recipiret seyn. Also haben wir, D. MATTH. STEPHANI und D. PETRVS STEPHANI zu Erhaltung collegialischen Vertrauens, damit die suspicion plurium votorum in sententiis ferendis möchte gehoben werden, solches per expressum hiemit gewilliget, und wollens auch also halten, so lange wir beyde in der Facultet seyn und votiren werden. Zu Urkund haben wir dies mit eigenen Händen unterschrieben

Greiffsw. d. 13. Febr.

1643.

MATTHIAS STEPHANI  
D. p. t. Decan.  
PETRVS STEPHANI D.

latam, conqueruntur, quando iis objecit: illos hanc ipsam ob causam in Facultate non recte iudicasse, et cum magno dedecore et laesione universitatis, praesertim juridica Facultatis existimationis in propriis causis (suam intelligendo) non recte de jure pronunciaffe, cum potius absque prevaricatione petitioni suae assentiri haud possint. Quam ob rem sibi reservarunt condict. ex L. Diffamari, qua jam a Dn. MEVIO sit conventus; qua lis tamen nunquam sit finitura. STEPHANVS noster reposuit: Se jam senem 75. et. annum ingressum. tela adversarii sui, (Dn. MEVIUM intelligens) ex calore juvenili adversum ipsum directa, Deo commissurum, et super omnia, quae ipsi indigne inferantur se cochum tecturum et Paternoster oraturum.

Ao. 1646. d. 2. Junii in Decanum Facult. jurid. est electus; verum, senex hic laboribus studiorum continuis, molestiis litis senioque confectus ante annum fere paulo incommodiori valetudine, quam tamen antea satis vegetam ac firmam per Dei gratiam obtinuerat, uti cepit; imprimis vero ipsi cum doloribus calculi colluctandum fuit, quamvis cetera mediocriter sanus. Sed, vide mortis insidias, dum enim consueta munia obit, nec tam subitanam fatalis diei metam veretur, ecce! praeter spem intentus laboribus Decanatus sui, dum Responsum juris paulo ante conceperat et *sacris meditationibus* GERHARDI intentus erat, d. 26. Aug. circa horam 2dam pomeridianam, apoplectico ininsultu corripitur et bis repetita invocatione: *Jesu juva*, lychni instar, inter preces et lachrymas charissimorum liberorum animam redemptori suo placide, pie ac quiete reddidit, septuagenario major annis septem (s. 67. cum semisse) particeps nunc gloriae, quam Dominus noster, unicus salutis auctor nobis peperit. Quae obitus ejus fata, filius PETRVS in *Annal. Facult. jur. ad h. a.* et uberius JOH. HEVNIVS Med. D. r. t. Acad. Rector in *Program. exequiali* consignarunt. Exuviae corporis illatae sunt sepulchro hujus Familiae, quod in superiori parte navis Ecclesiae St. Nicolai praeter ceteris externo ornatu se distinguit, versus Epitaphium fratris JOACHIMI, columnae, septentrionem spectanti, appositum.



Quanta industria ac fide totis quadraginta, et quod ex-  
 currit, annis provinciam suam in demandata sibi Professione  
 gesserit, testantur publica ejus rei tanto numero ab ipso edita  
 documenta, ut omnes, qui ante et post eum hic floruerunt, si a DA-  
 VIDE MEVIO recedis, superaverit, quemadmodum subiectus  
 scriptorum index indicabit. Tanta quoque nominis sui fama  
 undique inclaruit, ut universo eruditorum orbi innotuerit et  
 apud doctissimos viros in summo pretio et veneratione fuerit  
 habitus. Testatur hoc LAUR. LVDEWIG t. t. Acad. Rect. in  
*Program. in obitum trium liberorum ejus a. 1630. d. 8. Aug. conscripti*  
 quando laudes nostri MATTHIÆ, sequi in modum effert. *con-*  
*donabis mihi, si dixerò, quod sacris academicis laboribus tantum pro-*  
*feceris, ut te Colchus, et qui dissimulat metum Marsæ cohortis Dacus*  
*et ultimi noscant Gelones, Te peritus discat Iber Rhodanique poter. Sit*  
*venia verbo, si dixerò, quod exegeris in scriptis monumentum ere pe-*  
*rennius, regalique situ Pyramidum altius; quod non imber edax,*  
*non Aquilo impotens possit diruere aut innumerabilis annorum se-*  
*ries et fuga temporum.* Testatur porro de eo JAC. GERSCHO-  
 VIVS in Carmine funebri, quod in memoriam defuncti composuit,  
*insignes Germania Polonia, Dania, Gallia, Anglia et Belgii Jctus*  
*eum sollicitasse de salute STEPHANI; et Mag. JOACH. MICHAELIS*  
*in panegyrico in obitum nostri recitato, gloriam nominis ejus*  
 sequentem in modum deprædicat: *quid enim? An cui ignotus at-*  
*que absconditus esse potest ingens virtutum ac meritorum cumulus, quo*  
*non hoc modo lyceum, non angustos duntaxat patriæ cancellos; sed*  
*quicquid uspiam cultioris nationis in Germania, Italia, Gallia, Ba-*  
*tavia cæterisque Europæis terris ad stuporem usque implevit? Quin*  
 immo, in testem provoco magnum Brittorum Jctum, lumen  
 mundi, JOH. SELDENVM, qui in *Lib. I. de Synedriis Cap. X.* eum  
 appellat *celeberrimum Jctum; observante TOBIA. MAGERO in Epon-*  
*ymologio p. 768.* Porro Celeb. Dn. SAM. REYHERVS Prof.  
 Kilon. in Præfat. Tract. de *Jure Patronatus, de 1672.* scribit:  
*Hic vir (MATTH. STEPHANI) unus ex celebratissimis Germania*  
*nostræ Jctis fuit, et munera, quibus dum viveret, egregia functus*  
*est, et opera, quæ publici juris fecit posterisque reliquit, abunde te-*  
*stantur.* Quin immo, omnium exceptione majus est testimo-  
 nium

uim, quod JCTus, cujus fama per omnem terram inclaruit, SAM. STRYCKIUS in *Præfat. ad Comment. ejus ad Novellas* edit. de 1700. de ipso perhibet; dum scribit: *si ullus interpretum perspicuam Novellas applicandi viam ingressus est, hoc fecit MATTHIAS STEPHANI, utpote, qui in omnibus suis scriptis in id serio enisus est, ne tricas et otiosi ingenii somnia proponeret, sed illa, quæ in ipsis rerum obtinent argumentis, singulari perspicuitate deceret.*

Animum a Causidicina forensi nolter semper habuit alienum, ut ipse fatetur in *Præfat. all. Tract. de J. Patronatus: Nescio, scribens, quomodo semper vulgarem causidicinam averfatus, quod in ea multa fieri viderem parum decore, (ne quid gravius dicam) præsertim ab Advocatis illis, qui sine ulla cognitione juris sua studia cruda in forum protrudentes, lucello suo intenti, miserorum bona vitamque pene ipsam devorant, opposite ab APPVLEJO appellati vilissima capita, pecora forensia & rogati vulturii, quos dies domini judicabit, nisi resipuerint.*

Ex priori matrimonio cum conjugè JESA EGGERTS VI. suscepit liberos; quorum duo filii MATTHIAS & JOHANNES adhuc tempore obitus mariti fuere in vivis. Ex altera, DOROTH. FEYDELIA, cum qua 36 annos conjugali amore vixit, quamque viduam reliquit, XIII. liberorum, 8 filiorum & 5 filiarum, parens factus est; ex quibus filii JOHANNES, JACOBVS, JOACHIMVS & PETRVS sub Reçtoratu Parentis a. 1626. albo Studioforum fuere inscripti; v. *Annal. acad. ad h. a.* Ex omnibus vero liberis secundi matrimonii 4. adhuc tempore mortis parentis fuerunt superstites; quorum natu maximus, PETRVS, J. U. D. & Prof. ord. in Acad. hac Gryph. fuit; cujus vitam infra delineaturus. Sororum adultior DOROTHEA in matrimonium cessit viro clar. Jo. WEGNERO, J. U. D. Advocato Dicast. Wolgast. & Ducatus Megapolensis.

Vitam MATTHAEI nostri descripsit JOH. HEVNIUS t. t. Acad. Rect. in *Progr. funebri*, quo ad justa exsequialia ejus ob-eunda invitat, scriptum d. 31. Aug. 1646. 4. 1 pl. quod inferum deprehendes WITTENII *Diario biographico ad h. a.* Publicam concionem tempore exequiarum d. 31. Aug. habuit M. MART. WENDT, Archi Diac. Eccl. St. Nic. cui adjecta deprehen-



duntur *Personalia*, curriculum vitæ defuncti continentia. Publicum autem nomine concilii acad. fatorum laudumque defuncti explicatorem egit M. JO. MICHAELIS, Eloqu. Prof. ord. in sacro parentali, piis manibus defuncti in solenni doctissimorum virorum panegyri a. 1646. d. omnium beatorum (1 Nov.) supremi honoris et observantia ergo exhibitum impressum Gryph. 1647. 4. 5 pl. Et laudatus JOH. HEVNIVS in *Prosopographia metrica Professor. Acad. Gryphisw.* sæpius citata, sequens ei posuit honoris monumentum:

*Per celebrem reddit te Jurisdictio digna*

*Cedro: pol genii vivida charta tui.*

Effigies STEPHANI nostri ære incisa, gravem faciem representans præmissa est ejus Tract. de *Jurisdictione*, edit. Frft. de 1623. in 4. cui REIM. SELTRECHT, J. U. D. et Comes Palat. Cæs. post Dicast. Sedin, Dic. hoc in laudem defuncti apposuit distichon:

*En tibi conspicuam faciem vultumque decorum*

*MATTHIAE STEPHANI pagina picta refert.*

*Quod latet ingenium nec Apelles pingere possit,*

*M. STEPHANVS scriptis pinxit id ipse suis.*

Inversa autem pagina exhibet Poema CHRISTOPH HOFFLICHII, Secretarii Norimberg. in effigiem auct. conceptum. Non minus quoque eadem, una cum effigie filii PETRI depicta apparet in superiori parte Chori versus septentrionem Templi St. Nicolai cum inscriptione, succinctam vitæ defuncti descriptionem continente, sequentis tenoris: *der Hochedle, Veste und Hochgelahrte D. MATTH. STEPHANI fürstvestlicher Jctus und hochverdienter Professor hiesiger Universität, wie auch Hochfürstl. Pom. Rath, Wolgastischer Regierung, ist d. 1570. d. 24. Februarii zu Pritz in Zinzer Pom. an dieser Welt geboren, und folglich a. 1603. nach erwiesenen Proben statlicher Wissenschaft zum Vicario in der Profession an*  
das

damahligen Canzler D. DAN. RÜNGEN Stelle, bald darauf zum Extraordinario, und nach Absterben seines Bruders D. JOACH. STEPHANI zum Ordinario bey der Universität; im gleichen Regierungs Rath zu Wolgast durch hohe Bestelung damahliger Hochfürstl. Durchl. PHILIPPI JULII verordnet worden, und nachdem er dem academischen Lehramte durch emsigen Fleiß und weildbekannte Schriften, hiesigem Orthe zum grossen Ruhm, ihm selbst aber zum unsterblichen Nahmen 43 Jahr vorgestanden; daneben auch im Ehestande mit seiner ersten Frauen JESU. EGGERS Rostockschen Kaufmanns JOH. EGGERS Tochter, 6 und nach deren Absterben mit DOROTH. SEIDELS, D. JACOBI SEIDELS, hiesigen Prof. Med. Tochter 13 Kinder erzeuget, ist er endlich a. 1646. d. 26 Aug. im 77. Jahr seines Alters seelig verschieden, der entselte Körper aber alhier in dieser Kirchen zu seiner Ruhestätte gebracht. *Inserta deprehenditur hæc in scripto der Pom. Biblioth. in IV. Band 8 St. p. 276. (9)*

S C R I P T A

Quibus immortale nomen sibi conciliavit, et quæ non tam numero, quam pondere æstimanda sunt, prostant frequentia:

I. DISPVTATIONES.

I. *Quatuor Centuria Juris Questionum, quæ ex IV. Libris Institutt. triginta et duabus Dispp. privati exercitii gratia in Academia*

(9) *Inserta est hæc inscriptio der Pom. Bibliothek im IV. Band 8 St. p. 276. Sed tam in ipso originali, quam in defumta copia nonnulli deprehenduntur errores, qui hic notari merentur. Sic in ipso originali legitur dies natiuitatis 24 Febr. ast, ipse A. in Dedicacione præmissa com. Cod. Justin. L. I. priorum XIII. Titul. de 1623. fatetur diem 22 Febr. Porro in originali annus primæ vocationis STEPHANI ad Professionem vicariam quidem 1603. extat, quia autem numerus postremus paululum obfuscatus est, in copia Bibliothecæ Pomer. inserta per errorem irrepit a. 1605. ut supra not. 2. jam observavimus.*



demia Rostochiensis quondam propositae. Hæc, quæ non vulgaris sunt argumenti, judicantibus Dn. *Collectores des Rostockischen Etwas de 1749. p. 59.* primum prodierunt Rostoch. 1598. Quæ tamen editio modo nominatorum Dn. *Collectorum* oculis semet subtraxit, meis tamen jam teritur manibus; haud tamen integre videtur prodiiisse, cum titulus huic editioni præfixus indigitat duas priores centurias tunc demum junctim editas fuisse. Sic enim plenus tit. sese habet: *Duae priores Centuriæ juris quæstionum ex prioribus duobus Liberis institut. Imperial. consignatæ et propositæ XXIII. Disp. privati exercitii gratia in Academia Rostochiensis a MATTH. STEPHANI, Pyricensi Pom. Rostochii ex typographia Ckrst. Reusneri in Collegio aquilæ. 1598. 4. 18 plag.* Altera editio prodit Francofurtii ad Moen. hunc præfixum gerens tit. MATTH. STEPHANI IV. *Centuriæ juris Quæstionum ex IV. Libris Justitiæ Imper. secundum ordinem Titulorum consignatæ et XXXII. Disp. privati exercitii gratia in Acad. Rost. quondam ab eodem propositæ; nunc vero longe auctiores et correctiores edita Frf. ad Moen. typis Joh. Spiessii; sumtibus vero Jac. Porssic 1608. 4. 2 Alph. 2 pl.* Hanc editionem, etiam qua priores duas editas Centurias, insignes mutationes atque accessiones continere, ipsa ocularis inspectio me reddidit certiore. Inscripta e Ducibus Megapolitanis ADOLPHO FRIDERICO et HANS ALBRECHT Gryph. d. 12. Jan. 1608. Equidem idem Aut. a. 1616. Frfii ad M. editit MATTH. HVENERI, Pomerani, Profess. Norimberg. *Comment. de Differentiis juris*, cui hæc collectio Disp. denuo adjuncta. Verum, non absque ratione Dni *Collectores des Rostock. Etwas c. l.* judicant, hanc non novam esse editionem, sed saltem antiquam illam a Bibliopola, novo præmissio titulo, fuisse appositam, quoniam collatio utriusque prodit eandem qua paginas, lineas et verbum convenire.

II. *Disp. inaug. continens Quæstiones juris controversi, sub Præsidio Dn. DAN. NEBELII habita Heidelb. 1599. 4.*

III. *Synoptica Tractatio de Jure Accrescendi, materia rerum utilitate uberrima, varietate et obscuritate sententiarum quæstionumque copiosissima et difficillima. Resp. LAVR. STEPHANI, JOACHI-*

in filio. Gryph. 1605. d. 23. Febr. 4. 6 pl. Præses eandem ERNESTO KUSSOVIO Ducis Pom. Cancellario, REIMARO SEULT RECHT Dicasterii Ducalis Directori et DAN. RYNGIO, Consiliario aulico, strenæ loco obtulit m. Jan. e. a. postea paululum mutata in forma Tractatus prodiit.

IV. *Disp. de Academiis; ex Tractatu Auct. de Jurisdictione excerpta.* Resp. JAC. RIBOVIO, Gryph. 1608. 1 pl. Dicata LAVR. STEPHANI, postea adjecta Auct. *Tract. de Jurisdictione* et quidem ejus *Lib. II.* edit. de 1609. 8. et eodem adhuc anno Gryphisw. 2 SS. nempe 35 et 42 auctior prodiit, quæ adjecta ejusdem A. *Tract. de Jurisdictione* editioni de 1611. et 1623. 4. in fine *Lib. III.*

V. *Disp. de Concessionibus s. Expectativis Professionum et Parochiarum harumque resignationibus et permutationibus.* Respond. ANDR. A RAMMIN, Equ. Pom. habita d. 13. Aug. 1608. 4. 2 pl. Lites, quas hæc *Disp.* excitavit, inter Aut. et Collegas suos, recensui supra in *vita Auct. ad h. a.* Inserta quoque est hæc *Disp.* AVCT. *Tractatus de Jurisdictione* ubi *Lib. III. P. I. Cap. 18.* quod eandem pertractat materiam, ob connexitatem paululum auctior invenitur adjecta.

VI. *Disp. Quæst. juris Civilis Hendecades II.* Resp. CHRIST. RICCIO. Steut. Pom. ventilata d. 25. Jan. 1611. 4. 1 pl.

VII. *Disp. de Principiis juris* Resp. Jo. TRIBSEES Nob. Pom. habita d. 29. Jun. 1611. 1 pl.

VIII. *Disp. de Jurisdictione et Imperio.* Gryph. 1611.

IX. *Disp. de Judiciis.* Gryph. 1611.

X. *Disp. de Consuetudine.* Resp. NIC. ELVERS habita Gryphisw. d. 18. Jul. 1612. 1 ½ pl.

XI. *Disp. de Emitione venditione.* Resp. HENR. THODERICO. habita d. 24. (27) Mart. 1613. 2 pl.

XII. *Disp. de Privilegiis.* Resp. JULIO PAVLO SCHMATZ-HAGEN. Nob. Pom. hab. Gryph. d. 1 May 1613. 1 pl.

XIII. *Disp. de Rescindenda venditione.* Gryph. 1614.



XIV. *Disp. de Foro competenti.* Resp. JO. GODDELO. Oldenb. habita d. 10. Sept. 1614. 2 pl.

XV. *Disp. de Nobilitate civili s. politica.* Resp. HIERON. V. STEIN ventilata d. 6 Apr. 1616. 3 pl. est hæc *Disp.* diversa a Tractatu ejusdem materiae, qui 1613. in 8. prodiit.

XVI. *Disp. de Collatione bonorum.* Resp. ERNESTO BERGELASEN. Nob. Rug. Gryph. d. 8 Febr. 1617. 1 pl.

XVII. *Disp. de Publicis judiciis, ex Tit. fin. Lib. IV. Instit.* Resp. CHRISTOPH KLEVENOW. Gustrov. impressa Gryphisw. d. 24. Dec. 1617. Sed habita d. 10 Jan. 1718. 4 pl.

XVIII. *Disp. cui Tit. Discursus vere academicus, continens elegantes, difficillimas controversias et utilissimas Questiones: qui nimirum concedere, itemque qui petere jus Academia habenda possint; nec non de Academicorum Jurisdictione, immunitatibus et privilegiis, ex Auth. Habita C. Ne Filius pro Patre.* Resp. PET. SEYDELIO. Gryphisw. Pom. ventilata d. 2. (16) May 1618. 3 pl. Ext. in *Disc. ej. acad. Vol. I. n. 8.*

XIX. *Discursus acad. de Summo Territorii jure, vulgo: Landes Obrigkeit, hohe Landes Fürstl. Obrigkeit.* Resp. BALTH. MOLTKE. Nob. Megap. habita d. 13 Jun. (2 Sept.) 1618. 2½ pl. Ext. in *Disc. ejus acad. Vol. I. n. 7.*

XX. *Disp. de Electorum juribus et jurisdictione.* Gryph. 1620. all. in LIPPENII *Bibl. jurid. p. 178. et noviss. edit. P. I. p. 447.*

XXI. *Disp. de Civitatibus earumque juribus, presenti Germania statui accommodatus.* Resp. JOACH. et MARCO KOHLBLADIIS, fratribus. Ext. in *Disc. ejus acad. Vol. I. n. 9.*

XXII. *Disp. de Officio Judicis, quo judicium munus et potestas in causarum cognitione definitioneque delineatur.* Resp. JOH. A. SCHACK. Nob. Pom. Gryph. 1620. 4 pl.

XXIII. *Methodicus disc. jurid. de Jure Patronatus, materia ampla, difficili, intricata et utilissima.* Respond. JO. A. WOLDE. Nob. Pom. Gryph. 1620. 4 pl. Ext. in *Disc. acad. Vol. I. n. 10.*

XXIV. *Disp. de Legitimo causarum, tam ordinariorum, quam summariarum judicio et processu.* Resp. JO. LEW. COSLIN. Pom. habi-

habita d. 9 Sept. 1620. 2 pl. Ext. in *Disc. ejus academ.*  
*Vol. I. n. 11.*

XXV. *Disp. de Imperatore Rege Rom. Camera Imp. Electoribus aliisque statibus.* Resp. JO. REPPENHAGEN, Gryph. 1620. Ext. in *Disc. ej. acad. Vol. I. n. 6.*

XXVI. *Disp. de iniuria et famosis libellis.* Resp. LVD. WACHS, Gryphenberg, Pom. habita d. 20. Oct. 1621. 2 pl.

XXVII. *Disp. de Arte juris.* Resp. JOACH. A SCHACK. habita d. 3 Nov. 1621. 1 pl.

XXVIII. *Disp. de Statutis.* Resp. JOH. SCHWEDER. Coslin. Pom. habita d. 17 Nov. 1621. 1 pl. Ext. in *Disc. academ. Vol. I. n. 14.*

XXIX. *Disp. de Constitutionibus Principum.* Resp. RAPH. SCHVTZ. Sedino Pom. habita d. 1 Dec. 1621. 1 pl. Ext. in *Disc. ej. acad. Vol. I. n. 13.*

XXX. *Disp. de Consuetudine.* Resp. POH. MARQVARDO. Gryphisw. Pom. habita d. 19 Jan. 1622. 1 pl.

XXXI. *Disp. continens Positiones ex materia Nuptiarum desumptas.* Respond. FRID. COTHMANNO. habita d. 5 Jan. 1622. 1 pl.

XXXII. *Disp. de Fidejussoribus.* Resp. JAC. GRANS. Berwald, March. hab. d. 6 Nov. 1622. 4 pl.

XXXIII. *Disp. de Imperatoris eligendi idoneitate et potestate, quam Majestatem vocamus.* Inaug. SAM. SCHÜTZII. Gryph. 1622. Ext. in *Disc. acad. Vol. II. n. 17.*

XXXIV. *Disc. cui Tit. Epitome utilissima et in praxi frequentissima materia de hereditariis, qua ab intestato deferuntur; tradita per certa quaedam praecepta et varias casuum decisiones, ex quibus de jure hodie receptis constare, litesque quotidie subnascentes definiri, s. decidi possunt.* Resp. CHRIST. SEGEBADE, Nob. Rug. habita d. 15 May 1624. 4 pl.

XXXV. *Disp. de Exceptionibus, materia in foro et praxi frequentissima et utilissima.* Resp. JOH. ANGERMÜND Neobrand. Me-gap. habita d. 30 Jul. (13 Aug.) 1625. 3½ pl.



XXXVI. *Disc. acad. de Jurisdictione materia utilissima et difficillima.* Resp. AVG. VON DER LÜHE, Nob. Meg. ventilata d. Aug. 1625. 5 pl.

XXXVII. *Disp. de Servitutibus realibus.* Resp. LEVINO BATTO Rostochiens. ventilata d. 1 Apr. (29 Novembr.) 1626. 5  $\frac{1}{2}$  pl.

XXXVIII. *Disp. de Assistentia Vasallorum* Inaugur. MICH. ROSCHII Sedin. Pom. hab. d. 1 Máj 1628. *Cum Progr. invitar. quo A. comparationem Dei et hominis cum Domino et Vasallo instituit.* dat. d. 27 Apr. e. a.

XXXIX. *Disp. de Privilegiis Creditorum et eorundem ordine in concursu.* Inaug. HENN. HARDERI, Gryph. Pom hab. m. Dec. (d. 30 Nov.) 1631. 2  $\frac{1}{2}$  pl.

XL. *Disp. de Pacto Unionis s. Parcationis Prolium.* Inaugur. CONR. FRANC. FRIDLIBII, Osnabr. Westph. hab. d. 1 Dec. 1631. 1  $\frac{1}{2}$  pl.

XLI. *Disp. de Finibus.* Inaug. HARDERI VAKE. Flensb. Hol-  
sat. hab. d. 1 Dec. 1631. 3 pl.

XLII. *Disc. nomico-polit. de Metatis s. Hospitatione militari.* Inaug. DAR. MEVII. hab. d. 30 Mart. 1633. 12 p.

XLIII. *Disp. de Jurisdictione.* Resp. JODOCO BERNH. A GLAN. hab. d. 27 Sept. 1634. (d. 18 Apr. 1635.) 7  $\frac{1}{2}$  pl.

XLIV. *Disp. de Legibus.* Resp. LVDOV. WACHS. Ext. in *Disc. ejus acad. Vol. I. n. 12.*

XLV. *Disp. de Fisco Principis.* Resp. HENN. GERDES. Ext. in *Disc. acad. Vol. I. n. 15.*

XLVI. *Disp. ad verum et nativum L. Lecta 40. ff. de Reb. Cred. intellectum.* Inaug. FRANC. STYPMANNI, habita d. May (3 Junii) 1637. 2  $\frac{1}{2}$  pl.

XLVII. *Disp. de Transactionibus.* Inaug. SIM. JOH. GUTZ-  
MERI, Sternberga Megap. hab. d. 8 Junii 1637. 4 pl.

XLVIII. *Disp. de Rescripto moratorio s. Anstands-Brief.* Inaug. EMAN KÖPPENII. Ventil. d. 8 Jun. 1637. 2 pl.

XLIX. *Disputationum, quas perillustriores in foro, praxi et communi vita usum insignem habentes ex universo jure civili, feudali*

et

*et Canon. nec non ejusdem Interpretibus desumptas Quaestiones et Conclusiones in gratiam studiosae Juventutis in Pomeranor. Academia Gryphiswaldii publice et privatim instituit. Gryphisw. 1604. Partitus est A. hanc collectionem in III. Volum. ut ipse refert in Praefat. ad Comm. in Novellas de 1630. quorum*

*Vol. I. in IV. partes dissectum continet materias J. civilis; cujus duas priores partes obtulit Principi Pom. PHILIPPO JULIO m. N. 1604. et explent 2 Alph. Partes duæ posteriores autem, quæ in titulo iridem annum impressionis 1604. præ se ferunt, sacratæ sunt Principi CAROLO, Duci Megapol. Dedicatio scripta est d. 26. Jun. 1605. 2 Alph. præter 4 pl. Prostant autem hoc I. Vol. et quidem ejus.*

PARTE I. *principia juris* continente, sequentes Disputationes:

1. De *Justitia ex jure* Resp. JOH. DITHMARO Gryphisw.
2. de *LL. Constitutionibus Principum, Privilegiis, juris factique ignorantia statutis et aequitate.* Resp. DIONIS. GERSON. Stargard Rug.
3. de *Consuetudine,* Resp. THEOD. VORLON. Hervord, Westph.
4. continens *Repetit. L. ut vim. de J. et J.* Resp. JO. FREVDEMANNO Hallens. Sax.
5. de *Ingeniis, Nobilibus, Doctoribus, Libertis, Vasallis, Servis, Rusticis et Famulis nostri temporis.* Resp. JOACH. WESTPHALO Stralf. Pom.
6. de *PP. ejusque constituenda modo uno. videlicet Legitimatione* Resp. MART. SMECHELIO. Bernwalda Pom. Poeta Laur. Cæs.
7. de *2do P P. constituenda modo; quibus PP. dissolvitur.* Respond. ANDR. SCHVLTEN. Gryph. Pom.
8. de *Rerum divisione, nec non Magistratibus.* Resp. HERM. WENDINO. Rost. Megap.
9. de *Jurisdictione et Foro competente.* Resp. LAUR. STEPHANI Gryph. Pom.
10. de *Summa Trinitate et fide Cathol. etc. SS. Ecclesiis, Episc. et Cler. upiscopali audientia, de Hereticis etc.* Resp. JOH. CORVINO Gultr. Megap.

RAP;

- PARTE II. I. de *in jus vocando*, *contumacia*, *primo et secundo decreto et comparitione*. Resp. NIC. MARQVARTH. Gryphisw. Pom.
2. de *Arrestationibus*, *it. de Postulatione Advocatorum*, *de his, qui notantur infamia*, *de Procuratoribus*, *Defensoribus*, *Syndicis*, *negotiiis gestis et de Calumniatoribus*. Resp. HENR. PRETZMANNO. Rug.
3. de *Jure Sequestrationis*. Resp. BERNH. WOLLIN Rug. Pom.
4. de *Satisfactionibus*, *feriis et dilationibus et diversis temporibus*. Resp. JOH. GLEVIINGIO. Gryph. Pom.
5. de *Editione Libellorum*, *cumulat. et emendat. Libellorum eorumque clausulis & protestationibus*; *de Reconventione et Intervent. de Actoris laudatione et nominat. et Lit. Contest.* Resp. JAC. RIBOVIO. Gryph. Pom.
6. de *Pactis* Resp. JOH. PFEIFFIO. Golnar. Pom.
7. de *Transactionibus*. Resp. MART. MAES. Rugemo Pom. Notar. publ.
8. de *In integrum restitutione et alienat. judicii mutandi causa*, *de arbitris compromissariis et arbitratoribus deque reductione ad arbitrium boni viri*. Resp. PAUL VOGEL. Dresd.
9. de *Judicio et iudicibus*, *actore*, *reo*, *Notariis*, *itemque de questione tam juris & facti*, *nec non de inoff. Testam. et legitima*. Resp. DETHLEVO von der Zuden. Bremenf.
10. de *Hereditatis petit. Rei vind. Publiciana & de Emphyteusi*. Resp. BARTH. von der Osten Nob. Rug.
11. de *Usufructu et habitatione*, *servitutibus realibus et actionibus pro servitute competentibus*. Resp. JOH. MEIER. Luneb.
- PARTE III. I. de *Act. Pauperiei & L. Aquil. & de noxali act. it. finium regund. Fam. ercisc. communi divid. et causarum continentia etc.* Resp. DIONYS. GERSON. Rug.
2. de *Rebus Creditis*, *SCto Maced. et Vellej. de nox num. pec. et de certi conditione*. Resp. JOH. DITHMARSO. Gryph.
3. de *Juramentis de Condiotionibus aliisque actionibus*. Resp. LAVR. STEPHANI.
4. de *Mandato*, *Societate*, *Emt. Vendit. et pactis eidem adjectis*, *de Locat. Cond. de act. ex contract. innominatis et in factum*. Resp. Jo. VORLON. Westph.
5. de

5. de Pignoribus et hypothecis et Antichresi, de adilit. edicto, Evi-  
tione, Except. rei vendite, usuris, mora et fructibus. Respond.  
JOACH. WESTPHAL. Stralf. Pom.
  6. de eo, quod interest, de Probat. et praesunt. fide instrumentor. &  
testibus, Resp. JAC. RIBOVIO. Gryph.
  7. de Sponsalibus et nuptiis, divortiis et repudiis, act. rerum amo-  
tarum, impensis in res dotales, agnosc. et alendis liberis et paren-  
tibus de ventre inspic. de Concubinis. Resp. JO. GLEVIINGIO. Gry-  
phisw. Pom.
  8. de Tutela et Cura. Resp. ERN. BVDDEN. Nob. P.
- PARTE IV. I. de Successione tam ex Test. quam ab intest. Resp.  
JOH. PFEIFFIO. Geln. P.
2. de Operis novi nunciat. damno infecto, projectionibus et suggrun-  
diis, de Aqua pluvia Publicanis, vectigal. et Commissis, de Dona-  
tione et acquirendo rerum dominio, et acquirenda retinenda et amit-  
tenda possessione. Resp. JO. WOLFFIO. Leob. P.
  3. de Usucapione et Praescript. Re jud. et sententiis, Confessis, Cessio-  
ne bonorum, Privilegiis Credit. Interdictis, de Except. et praeju-  
diciis. Resp. ERN. BVDDEN. Nob. P.
  4. de Fidejussoribus. Resp. HERM. PREETZMANN. Rug.
  5. de Obligat. et act. de privatis delictis. Resp. eod.
  6. de Publicis judiciis etc. Resp. TOB. GAST. BUTOV. Pom.

Vol. II. continet ex jure Feudali selectissimas et frequentiss. &  
controversas ejusdem juris quaestiones & conclusiones. Gryph. 1606.  
10 pl. Dedicatio directa est ad Dn. ERASM. KVSSOVIVM Can-  
cellarium Principis. scripta m. Dec. 1605. Themata autem hoc  
Vol. collecta sunt sqq.

1. de Juris feud. origine & auctoritate, feudique definit. & divisione  
Resp. LAVR. STEPHANI.
2. de Personis, quae feuda dare quaeque accipere possunt; it. de rebus,  
quae in feudum dari possunt. Resp. JAC. RIBOVIO. Gryph. P.
3. de Regalibus. Resp. eod.
4. de Modis, quibus Feudum constituatur & acquiratur. Respond.  
CHRIST. BYNSOVIO. Gryph. Pom.

D

5. Quan-



5. *Quomodo Feuda amittantur, it. de Judicio Feudali.* Resp. BARTHOL. DALEMANNO. Stralsf. P.

*Vol. III. continet materias ex Jure Canon.* Gryph. 1606.

1. de Ordine et numero Librorum J. Canon.
2. de Electione, confirmatione & consecratione Episcopi ejusque juribus.
3. de Clericis & Religiosis.
4. de Rebus ecclesiasticis.
5. de Judiciis, actionibus & poenis ecclesiasticis.

L. *Discursuum academ. ex J. publico.* Vol. I. Rost. 1624. 4. Alphab. 8 pl. Dedicatio directa ad Ducem Slesvico Holsatiæ et scripta d. 20 Febr. e. a.

1. *Discursus de Jure Cancellariorum in Academiis.* dictus in renunciatione publ. 2 DD. jur. a. 1621.
2. de Gradibus promotionum et nominibus. s. Titulis dignitatum Academicarum scholasticarum. habitus in renunciatione solenni Doctoris jur.
3. de Episcopis et juribus episcopalibus; institutus in renunciat. solenni 2. DD. jur.
4. de Origine scholarum et foundationibus Monasterior. et Episcop. insp. Academiarum in Germania. dictus in renunciat. 4. DD. Jur.
5. de Potestate Capituli sede vacante in decernendis honoribus academicis scholasticis. habita in renunciat. publ. doctorali.
6. *Disp. de Imperatore, Rege Rom. Camera Imp. Electoribus, Principibus aliisque Imp. statibus.* v. sub N. XXV.
7. de Summo territorii jure. v. N. XIX.
8. de Academiis, qui eas concedere et petere possint, earumque Jurisdictione et Privilegiis. v. N. XVIII.
9. de Civitatibus earumque juribus. v. N. XXI.
10. de Jure Patronatus ecclesiastico et academico. v. sup. N. XXIII.
11. de Legitimo causarum, tam ordin. quam extraordin. judicio. v. N. XXIV.
12. de Legibus. v. Num. XLIV.
13. de Constitutionibus Principum. v. N. XXIX.

14. de Statutis. v. N. XXVIII.
15. de Fisco Principis. v. N. XLV.
16. HENNINGII GERDESSEN *Lectiones cursoriae de L. Reg. I. P. Germ. s. de Capitulatione Imperatoria, ad l. 31. ff. de LL.*

VOL. II. *Disc. acad. ex J. publ. tam ecclesiastico, quam seculari*, Rost. 1625. Dicati Consulari et Senatorio ordini civitatum Colbergensis et Cöslinensis strenæque loco ipsis oblata d. 1. Jan. e. a.

1. de Clericis eorumque foro privilegiato.
2. de Prælatiis.
3. de Canonicis et Capitulo.
4. de Hospitalibus s. Militibus sacris Johannitarum itemque Templariorum et Teutonicorum s. Marianorum.
5. de Commendis et Commendatariis.
6. de Monasteriis, de eorum origine, degeneratione et desolatione.
7. de Bonis Monasteriorum, Hospitaliorum, aliorumque piorum locorum, an illa licite a Laicis possint occupari.
8. de IV. Sanctis Conciliis oecumenicis et 3 aliis, quæ statim sunt secuta, nec non de Conciliis provincialibus, s. particularibus.
9. de Excommunicatione ecclesiastica et de ordine Processus in illa observandi.
10. de Excommunicatione, unde originem habeat, et num concionatores hanc exercendi potestatem habeant.
11. de Jure et ordine vocandi ministros ecclesie.
12. Quomodo differant causæ ecclesiastica a secularibus.
13. An judex ecclesiasticus tantum, an vero etiam secularis habeat jura relaxandi potestatem.
14. de Jurisdictione ecclesiastica.
15. de Jure et qualitate rerum religiosarum; ubi de Coemeteriis et sepulturis.
16. de J. Canon. quatenus illud in reformatis Ecclesiis sit admittendum et ordines librorum eorumque auctoritate. Præfaminis loco præmissus antea Parti I. Lib. III. Tract. de Jurisdictione.



17. de *Imperatoris eligendi idoneitate et potestate, quam Majestatem vocamus.* v. Num XXXIII.

18. *Abhandlung vom Ursprunge des Ritter-Standes und daher entsprossenen Comptereyen.* Germanice concepta.

Cum A. ante hac curias, judicia, scholas, Magistratus affatim erudiisset, nunc ad supremam Majestatem, Imperatores et Principes aliosque Imp. Status, quotquot Romanæ Reipubl. addicti sunt, accedit; illorum jura, LL. et statuta operose deducit, ac Discursibus acad. Rostochii postmodum impressis, accurate persequitur. Huc accedunt *Disp. feudales* quas velut appendix prioris Tract. adnectere voluit; quod optime perspiceret, sine hac doctrina Jus publ. integre et perfecte tradi non posse cum in illa, hujusmodi semina interspersa delitescant.

## II. T R A C T A T V S.

I. *Ein hundert geistliche, andächtige Meditationes und Supplicationes oder Gebethe, in 2 Theil unterschieden. I. Gebethe, Bitte, Vorbitte und Dancksagung in allerley Noth und Anliegen eines Christen. II. Christliche Betrachtungen der fürnehmsten Fest-Zeit in Gebethen.* Gedruckt zu Greifswald durch Hans Witten im J. 16. in. 8. 1 Alph. 1 pl. Minor numerus editionis neque in Titulo neque in fine Præfationis deprehenditur expressus; Ex præfatione tamen Meditationibus sacris in Evangelia a. 1635. editis, præmissa colligendum eadem jam a. 1601. in lucem fuisse protrusas, dum A. ibidem scribit: *Wie denn auch die hiebevör vor 34. Jahren in dem Druck gefertigte vorige Einhundert Meditationes, so ganz aufgekauft, und aufs neue mit andern anf jezige Nothfälle gerichteten Gebethern corrigiret und verbessert.* In privatum quidem suum et familiæ suæ usum primitus consignatæ, ideoque etiam liberis suis dicatæ et strenæ loco oblatæ cum pia ac devota instructione paternaque adhortatione, quomodo vitæ suæ rationes instituere debeant. Postea autem publici juris factæ, ut ab unoquoque legi et ad bonos motus excitandos usur-  
pari

pari queant. Deinde Meditationibus sacris in Evangelia dominicalia a. 1635. editis emendatioribus et auctioribus adjectæ, impressæ Gryph. per JAC. JÆGERN; præmissa priori ad liberos suos directa Præfatione mutato saltem anno subscriptionis in 1635.

II. *Tractatus de Novi operis nunciatione.* Rost. 1602. in 12. Adjectus deinde *Parti I. Oeconomiae juris* edit. de 1614. 4. Præmissa dedicatio ad HENR. SCHLICHTKRULLIVM, J. U. D. et illustris Comitatus Mansfeldici Cancellarium generalem directa, d. 20 Febr. 1613. scripta extat.

III. *Tract. de Jurisdictione, qualem habent omnes Judices, tam seculares, quam ecclesiastici in Imp. Rom. Germ.* LIB. I. qui agit de *Jurisdictione et foro competente.* Gryph. 1606. 8. Cum indice explet 14 pl. Dicavit eundem Auctor illustriss. Principi Pom. PHILIPPO JULIO d. 30. Mart. e. a. Titulus etiam in pagina transversa exhibet Insigne Ducum Pomer.

LIB. II. *In quo Imperatoris et Regis Rom. Camerae Imp. Electorum, Principum aliorumque statuum Imperii, Nobilium in Feudis, Judicum feudaliū, ut et Civitatum municipalium et Anscaticarum, itemque Scabiōrum, Notariorum, Collegiorum caterorumque in seculari foro Imp. R. G. quibuscumque de causis judicantium Jurisdictio, jura, privilegia, officia et eminentiæ ex presenti Germanorum Reipubl. forma et usu distincte et methodice ad oculos ponuntur.* Gryphisw. 1606. 8. 2 Alph. 14 pl. Dedicatio directa ad Consules ac tenatores inclytarum Urbium Lubecæ, Dantisci, Hamburgi, Rostochii, Luneburgæ itemque Stargardiæ Pomer. scripta d. 24 Aug. e. a.

LIBRI III. PARS. I. *que est de Pontificis, Cardinalium, Patriarcharum, Archi-Episcoporum Jurisdictione, juribus, officiis et eminentiis.* Rost. 1609. 8. 1 Alph. 1 pl. Dedicatio directa ad CHRISTIAN. GVILIELM. Archi-Episc. Magdeb. et LYDOV. A LOCHOW, Decanum, et WICHARDVM A BREDOW, Seniorem reliquosque Capitulares Archiepisc. Magdeburg. scripta d. 28 Dec. e. a. Præfationis loco præmissa est Tractatio



de J. Canon. an et quatenus illud in reformatis scholis et judiciis sit admittendum, it. de ejus necessitate et utilitate, nec non de numero et ordine Librorum J. Can. eorumque auctoritate. Quæ tamen postea multo emendatio et auctior inserta est ejus *Discursibus acad.* Vol. II. n. 16. In fine vero hujus Part. II. adjecta est *Avcr. Disp. de Concessionibus et expectativis Professorum et Parochiarum etc.* cujus supra inter *Disp. Num. V.* facta est mentio. Coronidis denique loco adjecit 1) Consuetudinem Pomeraniæ aliarumque vicinarum Provinciarum, qua successores Parochiani (Parochi) prædecessorum defunctorum viduas vel filias, ad matrimonium idoneas, uxores ducunt, summa niti æquitate, nec juris ratione destitui, quod suis locis multis rationibus probaverit; refutatis contrariis. 2) Disputationem hanc, scil. de *Concessionibus*, una cum coronide convenire juri divino, naturæ et civili itemque canonico et cum ipsa honestate, comprobari suffragiis variorum Jctorum celeberrimorum et vetustissimorum. Quo ipso digitum intendit ad litem, quæ ipsi super hac *Disp.* cum Collegis suis intercessit, ut in vita A. ad a. 1608. retulimus.

PARS II. de *Academiis*, in qua de *Academiarum institutione, confirmatione et conservatione, nec non de earum Cancellariis, Rectoribus, Decanis, Professoribus eorumque Conciliis; it. de Doctoribus, Licentiatis, Magistris et Studiosis eorumque juribus, Jurisdictione, privilegiis, immunitatibus, officiis, eminentiis.* Gryph. 1608. 8. 23 pl. Index adjectus parti I. et II. explet 2 Alph. Dedicata est hæc Pars. II. Professoribus Juridicæ Facult. Rostochiensis D. BARTH. CLINGIO, ERN. COTHMANNO, HAJONIA HESSA, ALB. HEINIO, JO. SIBRANDO, TH. LINDEMANNO et IGNATIO HANNIEL, Professore Hiltor. *ibid.* scripta d. 1 Jan. 1608. Adjecta est in fine *Disp. Auct. de Academiis.* Quam supra inter *Disp. Num. IV.* adduximus. it. *AVT. Interpretatio Lib. I. priorum XIII. Titt. cod.*

Integer hic Tractatus de Jurisdictione postea junctim editus Frfti. ad Moen. 1611. 4. quæ tamen editio meis adhuc dum effugit oculis, allegatur tamen in *GEORGII Europaischem Bücher Lex.* Deinde ex editione tertia *ibid.* 1623, 4. *ab ipso Auct.* quam diligentissime recognita & variis multarum rerum locis aucta

*aucta.* Cum enim in III. Lib. de *Jurisdictione ecclesiastica* quædam extarent non satis explicata, illa ipsa per discursus aliquos Vol. II. *Discursuum ex J. publ.* magna ex parte latius se extendisse, ipse A. refert in *Præfat. Vol. II. Disc. academ. Liber I.* hujus edit. conficit 1 Alph. 14 pl. et in fronte exhibet effigiem ipsius A. cum inscriptionibus, quas supra jam recensuimus. Porro dedicationem ad R. Daniæ CHRISTIANVM IV. directam, scriptam d. 2 Febr. 1623. Tandem PAVLI MELISSI, Comit. Palat. Cæs. *Carmen* gratulatorium, cum eidem Heidelbergæ a. 1599. d. 19 Apr. lauream poeticam conferret. Denique sequuntur gratulationes integrorum Collegiorum variorumque celebr. JCor. ad Aut. utpote 1) *Facultatis Jurid. Rostoch. de 1608.* d. 10. Aug. cujus membra Auctori in remunerationem dedicationis Lib. III. Part. II. argenteum inauratum poculum dono obtulerunt. 2) HERM. VVLTEJI, JCI. Marpurg. de d. 23 Dec. 1608. 3) ERNEST COTHMANNI Rost. d. 20 Nov. 1607. 4) REIM. SELTRECHT, J. U. D. et Com. Pal. Judicii que aulici Wolgast. Directoris dat. Wolg. d. 16. Cal. April. 1608. 5) PET. FRID. MINDANI, Syndici Rost. dat. ibid. d. 27 Oct. 1607. 6) CONR. RITTERSHVSIJ, JCI. Altorf. dat. ibid. 1612. d. St. Mich. *quo ut ipse scribit, ante an. 40. divinitus servatus sum ex aquis Ocræ et presentissimo vitæ periculo per ministerium sanctorum Angelorum.* 7) JAC. SCHVLTES, JCI. Lips. dat. ibid. d. 8 May. 1609. Ultimo sequitur dedicatio antiquæ edit. de 1606. ad Principem Pom. PHIL. JVL. In calce hujus Lib. I. accessit *synopsis utilissima & difficillimæ materiæ Jurisdictionis in certa capita, legitima methodo ab ipso A. distributa.* Frf. ad M. 1623. quæ inscripta nomini CASP. NORMANNI, Equ. Rug. d. 1 Mart. e. a.

LIBER II. Secretus est nominibus illustriss. Principum Pomer. BOGISL. XIV. et UDALRICI I. Fratrum germanorum d. 21. Sept. 1622.

LIB. III. P. I. ibidem atque eodem anno prodiit; inscripta itidem CHRIST. WILHELMO Archiep. Magdeb. sub d. 6. Febr. 1623. Præmissa præfatione antiqua; et in Calce adjecta *Disp.*  
de



de *Concessionibus* etc. Cumque antiquæ editioni apposuerit coronidis loco de Justitia consuetudinis, qua Parochi prædecessorum viduas vel filias ducere tenentur, in hac editione integro *Capite finali XIX.* enodationem et defensionem hujus coronidis instituit. Integra hæc Pars I. explet. i Alph. 2 pl.

PARS II. ibid e. a. impressa, cujus inscriptio antiqua jam in genere directa est ad Professores Facultatis jurid. Rostoch. scripta d. 1 Jan. 1623. Colophonis loco adjecta *Disp. de Academicis*; nec non *Commentatiuncula ad priores XIII. Tit. Lib. I. Cod.* Conficit integra hæc Pars II. cum Appendicibus et indice i Alph. 6 pl.

Opus hocce Auct. ex communi DD. consensu omnium hujus generis habetur præstantissimum, et eruditis ubique in summo fuit pretio; ut etiam Dn. MICHAELIS in *sacro parentali* supra adducto, ita de eo judicet: *An non ad æternam nominis gloriam suffecisset uno aliquo Tractatu insigniori (qualis circa dubium est famosissimus ille, et dudum classici titulo insignitus de Jurisdictione, posteritatem sibi omnem devincire? Interim evitari non potuit, quin relatum fuerit in indicem librorum prohibitorum v. die Thomasiensche Biblioth. Tom. II. P. IV. p. 144. Judicium de hoc opere quod A. ob neglectum juris Germanici et obortam juris Rom. ad nostra fora applicationem multos errores cum PAVRMEISTERO aliisque protruderit vide in THOMASII Disp. de Jurisdictione & Magistrat. differ. th. 18. 20. & 34.*

IV. *Interpretatio Codicis Justiniani Lib. I. priorum XIII. Tit. qui sunt de sacro, s. ecclesiastico jure & Jurisdictione.* Gryph. 1609. excusa in 8. 10 pl. Dicatum est hoc Opusc. Senatui Pynzenli in gratam patriæ Civitatis memoriam; ubi proluxe A. de amore et obligatione erga Patriam dislerit. d. 29 Aug. 1608. Adjectum est Tractatui de *Jurisdictione* edit. de 1608. Ideoque eidem præfixæ sunt gratulationes et gratiarum actiones ad A. directæ, occasione editi operis de Jurisdictione utpote 1. Professorum Facult. jurid. Rost. 2. COTHMANNI 3. SELTRECHTI, 4. MINDANI; quibus deinde et aliæ accesserunt, quæ recentiori editioni Tract. de *Jurisdictione*, junctim sunt præmissæ, quasque

que supra jam recensuimus, Porro sequitur *Progr. invitatorium A. scriptum ad studiosos, cum Codicis interpretationem auspicaturus esset.* d. 12 Jul. 1605. cujus contenta infra adducemus. Adjectum quoque est hoc Opusc. sequentibus editionibus *Tractatus de Jurisdictione*, repetita pristina dedicatione et præmisso Program. modo adducto, mutatis saltem annis subscriptionum.

V. *Exegesis Institutionum JUSTINIANI Imperat. tribus Disp. secundum 3 Juris Objecta conclusa, privatae disquisitioni proposita ab OTTONE FLEMMINGIO; quæ junctim editæ Gryph. 1608. 8. 11 pl. Respondens easdem dedicavit Dn. CONR. FLEMMINCK, agnato, et Dn. RICHARDO PUTKAMMER, cognato suo. Recusum prodiit hoc Opusc. sub. Tit. Exegesis juris, quo utimur, ad methodum Institut. Justinian. concinnata, & secundum 3 juris objecta 3 partibus comprehensa, secundo correctius auctiusque in commodum studiosæ juventutis, edita Offenbachii 1610. 8. Denique sub eod. Titulo Frf. ad M. 1617. in 8. 11 pl. dicata Juveni BENED. RANTZOVIO, GEORGII, Ducis Pom. Consiliarii et Capitanei Hildensis filio. Hoc opusculum, quod in fronte promittit, opere ipso satis largiter præstare, dicit MICHAELIS in *Orat. panegyric. supra cit. p. 24.**

Adjecta eidem est *Exegesis Juris Feudalis, secundum 3 juris Objecta 3 partibus comprehensa* Frf. ad M. eod. a. 4 pl. dicata JOH. DALMERO, Regio Dantisco Civi et Mercatori primario, et HENRICO filio, adolescenti ingenuo.

Item: *Exegesis Juris Canon. secundum 3 Objecta juris 3 partibus comprehensa* Frf. ad M. e. a. 8. 4 pl. Dedicatio directa ad eosdem JOH. et HENR. DALMEROS iisdemque verbis est concepta.

VI. *Tract. de Jurisdictione in Imperatorem Rom. Lib. II. Lubec. 1608. in 8. Hic libellus huc usque mihi non fuit obvius, allegatur tamen in GEORGII Europaischem Bücher Lex.*



VII. *Dialectica juris exactissima et absolutissima, ex omnibus optimorum Jfor. libellis dialecticis & topicis legalibus concinnata.* Erf. ad M. 1610. 1 Alph. 2 pl. Dicata Dn. CHRIST. STIESSERO, Principis CHRISTIANI WILHELMI Archi-Episcopi Magdeb. Cancellario, et SIGISM. v. HAGEN, Equiti Pom. et hereditario in Neulin, ejusd. Principis Consiliario. M. Octob. 1609. Hac, LL. rite in jure disputandi et artificiose unum ex altero concludendi via Aristotelica præmonstravit; canones universales & a singularibus materiis abstractos, quod acutissimi est ingenii, extruxit, atque e conversum quicquid est subtilium in jure argumentationum ceu ad genuinas classes suas revocavit; ut de hoc libello judicat Dn. MICHAELIS all. *Orat. p. 24.*

VIII. *Synoptica et methodica Tractatio de Arte juris.* primum edita Gryph. 1610. ut apparet ex MICHAELIS *Orat. panegyric. all.* ubi ita scribit: *Exhibet hoc scriptum accuratam ad LL. civilium adyta manuductionem, quod jam ante septimum et trigesimum annum in hac primum Academia lucem adspexit; interjectis autem aliquot annis in majori auctiorique forma Erf. ad M. prodit sub Tit. Oeconomiae jur. univ. s. Adjecta quoque et BENENTVRAE STRACHAE Tr. de sponsonibus, von Wetten, ab Auct. aucto Gryph. 1615. 8. ubi separatim explet 7 pl. Multo autem auctior adjectus est Commentario ejus in Novellas. edit. de 1631. 4. 20 pl. ita ut ipsi insertæ sint Quæst. 1. de jure et facto, 2. de Jure scripto 3 de Equo et bono, itemque alia nonnulla theologico juridica, lectu jucunda et utilia. Dedicatio directa ad Dn. CASP. ZEITZMAN-NVM, Imperatorij exercitus Capitaneum et p. t. Commendatorem in Wismaria scripta d. 20 Febr. 1630.*

IX. *Synopsis actionum forensium; ante hæc jam edita et Dn. CASP. NORMANNO dicata; sed postea longe pluribus aucta et locupletata itemque correctius edita 1612. denuoque dicto NORMANNO adscripta. Gryph. d. 20 Dec. 1612 quæ editio deinde inserta est Oeconomiae juris in calce Lib. IV. p. 361.*

X.

X. *Synoptica et methodica Tractatio de Nobilitate politica s. civili ejusque privilegiis, prerogativis et immunitatibus.* Gryph. 1613. 8. 4 pl. Auct. eundem adscripsit 3 studiosis nobilibus, auditoribus et commensalibus suis, BALTH. V. WOLDE, JVL. PAUL. SCHMATZHAGEN, JOH. TRIBSEES, dat. M. April e. a. Recusa Frft. ad M. 1617. 8. cum eadem dedicatione, mutato saltem dato in ipsis feriis paschalibus 1616. Adjecta est Disp. sub h. Tit. a. 1616. ventilata, ex qua tamen hic Tractatus excrevit; et *Oratio AUCTORIS de Vita et Laudibus HENR. NORMANNI*, olim Profesi. Gryph. post Praefecti Rugiae.

XI. *Tract. de Nobilitate scientia. s. literaria, et de privilegiis prerogativis et immunitatibus Doctorum.* Gryph. 1613. in 8. 3 pl. Dedicatione ad Dn. JACOBINVM MORITZ, Jctum et hereditarium in Sommerfeld scripta d. 12. Junii e. a. Cum priori junctim prodiit Frf. ad M. 1617. mutato etiam in hunc annum pristinae dedicationis termino. *Parti I. hujus Tr. quae agit de Nobilitate Civili*, quoque adjecta est *Disputat. A. de Nobilitate & ejus Orat. de vita et laudibus NORMANNI*. Integrum opus conficit 1 Alph.

XII. *Tract. de Officio Judicis in quo omnium Judicum potestas & officium, tam in constituendo, quam jam constituto judicio legitime procedendo itemque & judicando & exsequendo in omnibus causis, tam ordinariis, quam summariis, & tam civilibus itemque feudalibus, quam criminalibus delineatur, in IX. distinctas Partes tributus.* Frf. ad M. 1614. Quam editionem ipse quidem non vidi, adducitur tamen in GEORGI Europaischem Bücher Lex. Altera prodiit ibid 1625. 4. 5 Alph. 3 pl. sacratum hoc opus membris Senatus Civitatum Lubecae, Hamburgi, Bremae et Luneburgae d. 16 Febr. e. a. sequuntur gratulationes variorum Jctor. tam in prosa, quam ligata; utpote 1. RVTG. RVLANDI, Hamb. d. 15 Mart. 1625. 2. HENR. ANDR. CRANII, Prof. Helmstad. 3. HENR. MEIBOMII, ejusd. Acad. Prof. 4. sequuntur literae CHRIST. RICCI, Prof. Gymn. Dantisc. de d. 19 Apr. 1622.



quibus, in quanta existimatione apud exteros sit nomen A. ipsi refert. Adjecta est in calce *Disp. de Officio judicis* a. 1620. ventilata; quoniam quasi Summa et Synopsis est totius præcedentis Tractatus. Dicavit hanc novam edit. hujus *Disp. PET. KOPE, Bibliopolæ. Francofurtano, compatri suo, d. 18. Febr. 1625.*

De hoc opere in suo genere perfectissimo Dn. MICHAELIS in *Orat. panegyrica all. p. 22.* ita disserit: *Quæ enim, ut hinc exordiar, notabilior est, aut majoris momenti in jure universo materia, quam de OFFICIO JUDICIS? Huic LL. prope omnes quam veteres LIBERTATIS ANIMAM appellarunt, huic vita, huic Fortune opesque Civium, huic securitas subditorum, huic Fama innocentum, & quidni dicam? Salus Reipubl. inimitur. At hanc ipsam MATTH. STEPHANI incredibili judicio et dexteritate sic pertractavit, ut nihil in eo genere limatius, nihil exquisitius fieri posse, judicent rerum illarum periti.*

XIII. Tractatus de Regalibus adjectus *Parti II. Oecon. jur.* præmissa dedicat. ad MART. CHEMNITIVM, Ducis Phil. I. Cancellarium, scripta d. 1 Sept. 1614.

XIV. *Oeconomia practica juris universæ, civilis, feudalis et canonici.* Cujus PARS I. agit de *Jure civili, tam publico quam privato*, eique subjecta est *Tractatiuncula de Novi Operis nunciatio- ne supra Num. I. citata.* Impressa Frf. 1614. 4. 3 Alph. 10 pl. Dedicatio directa ad illustr. Principes Megapol. ADOLPH FRIDER. et JOH. ALBERTVM, fratres, d. 1. Sept. e. a. PARS II. de *J. Feudali*; cui annexa *Tractatio de Regalibus* Frf. e. a. 1 Alph. 6 pl. Inscripta est hæc Pars nominibus illustriss. Principum Pomer. BOGISL. XIV. GEORGIO III. et UDALRICO I. fratribus, d. 1. Sept. e. a. PARS III. de *J. Canon.* adjecta *serie Imperat. itemque Fætor. auctorum juris nec non tabula mutationis juris, & Indice omnium Titulorum in Institut. D. Cod. Novellis Constitut. feudal. itemque libror. J. Canon. contentorum* Frf. ad M. e. a. 4. 1 Alph. Dicata Senatui Sedinensi Demmin. et Pasewolcensi d. 1 Sept. e. a.

XV.

XV. *Synoptica Tractatio de Jure accrescendi, materia rerum utilitate uberrima, varietate et obscuritate sententiarum, questionumque copiosissima et difficillima.* Gryph. 1618. in 4. 5 ½ pl. Recusa Rostoch. 1623. 4. Adscripta est Dn. LAURENTIO STEPHANI, J. U. D. et illustr. aulae Gustroviensis Consiliario et Acad. Rost. Prof. ordin. qui a. 1605. d. 14 Juny 1623. eundem instar Disput. sub A. Præsidio ventilaverat. v. *supra inter Disp. Num. III.* Explet hæc edit. 10pl. Porro GEORGI in Lex, all. adducit quoque edit. Rostoch. de 1625. 4.

XVI. *Synopsis Institutionum Imperial. Justiniani, itemque Juris Feud. et Canon.* olim VIII. Disp. sub A. Præsidio proposita a PHIL. TRAMPEN, Nob. Pom. Junctim vero impressæ Rost. 1623. v. GEORGII Lex, al. Deinde quoque Gryph. 1626. 8. 10pl. Resp. hoc opusc. dedicavit Principi Pom. BOGISEL. XIV. d. 18. Oct. e. a. Num hæc diversa sit ab ea, quam STRUVIUS in *Biblioth. jur. Cap. VIII. §. 14.* adducit, pro certo asserere non audeo.

XVII. *Nota ad penult ff. Tit. qui est de Verbor. et rerum significatione; in quibus singule LL. et §§. illius Tit. breviter, sed juridice explicantur.* Rost. 1627. 8. 14pl. A. dedicavit hunc libellum Dn. VOLCKMARO WOLFFG. L. B. de PUTEVS, St. Johan. Ord. equiti; d. 31 Aug. 1626. Recusus Rost. 1627. 8. 14pl. Dedicationis annus immutatus hic in annum 1626. De hoc libello ita judicat Dn. MICHAELIS in *all. Orat. Quinam porro decantatior est et subtilior in jure Titulus, quam de Verbor. signif. quas non ille paginas, quas LL. quos §§. non ingreditur et ambitu suo comprehendit? Quam vasta ea de re volumina orbi literato sunt exposita? Quot Lexica et nomenclatura eo nomine circumferuntur? At hic mira brevitate simul et insigni acumine a STEPHANO nostro ita est explicatus, ut nec in summa subtilitate, quod rariusculum esse solet, perspicuitatem, nec in brevitate copiam atque ubertatem necessariam desideres.*

XVIII. *Nota ad extremum ff. Tit. qui est de diversis regulis juris antiqui, multis exemplis illustrata.* Rost. 1628. 8. Consecratus est hic libellus illustr. Dn. WOLFG. HENR. et Dn. ERDM. ERNESTO LVDOVICO L. B. de PVTBVS, Fratribus et Filiis VOLCKMARI, modo nominati. Subscriptus a. 1626. d. 31 Aug. quo ipso, prævio solito solemnī actū academico, (sunt verba Auct.) vos vestra nomina mihi ratione publici officii matriculæ, s. Albo studiosorum hujus Academia inserenda et inscribenda dedistis.

XIX. *Commentarius in Constitut. Crim. CAROLI V. Imperat. Frf. ad M. 1626. 4. Dicata illustriff. GEORGIO WILHELMO, Marchioni Brandenburg scripta 1 Kal. Jan. e. a. Recusa Brunswigæ 1661. 1 Alph. 13 pl. et ibid. 1678. cum antiqua dedicatione 1 Alph. 10 pl. Hannov. 1702. 4. LVDOVICI in Prefat. Notarum ad Constitutionem crimin. in fin. de hoc opere STEPHANI ita judicat: RIMVS, STEPHANVS et plerique alii nil aliud præstiterunt, quam ut verba germanica Constitut. Crim. in linguam latinam transponerent, et interdum nonnullas leges ex J. Rom. adderent, quæ convenientiam cum jure Carolino habere videbantur. Sed et hæc LL. ut plurimum fere concernunt solum principia quædam generalia ex J. Nat. deprompta, de quibus nemo dubitavit unquam, licet nec in jure Rom. nec in Carolino repetita fuissent. Hoc judicium plene exscripsit CHRIST. THOMASIVS in Disp. de Occasione, conceptione et intentione Constitutionis crimin. Carolina. Hal. 1711. pag. 7.*

XX. *Commentarius in Novellas, Constitutiones Justiniani Imperat. demonstrans prioris et veteris juris mutationem, correctionem et abrogationem; it. ejusd. juris neglecti et desuetudine inumbrati renovationem et confirmationem; nec non etiam juris novi constitutionem ejusque explicationem, quo etiam difficillimæ et practicabiles juris quæstiones, quotidie in foro occurrentes enodantur et ad præsentem Reipubl. Rom. statum accommodantur. Accessit Tr. de Arte juris ejusque principiis, cum Indice triplici. Gryph. 1631. 4. 5 Alph. et Tract. adjectus 1 Alph. Dedicatio directa ad Dn. JOH. GEORG ab*

AR-

ARNIMB, Imperat. Rom. Consiliarium bellicum ejusdemque exercitus Marschallum hereditarium in Bozenburg. Scripta d. 20 Febr. 1630. quæ it. recenset scripta a semet edita additque: *Accidit jam B. C. D. Novellarum constitut. Imperat. Justiniani explicatio.* Nova editio prodiit Rostock: 1653. 5 Alph. 2 pl. a Consule Gryphisw. NIC. MICHAELIS, cum ab ipso A. tertia parte auctus jure hereditario ad ipsum pervenerit, editus; additis b. Jo. BRVNNEMANNI notis, parenthesi inclusis, quondam ad h. Auct. in Collegio propositis. Subjectæ quoque sunt hæ notæ textui constitutionis crim. cura I. A. MINNERI v. STRV-VII *Bibl. jur. Cap. XIII. §. 1.* Postea denuo editus a SAM. STRY-CKIO, præmissa ejusdem Præfat. data Halæ Kal. Oct. 1699. in 4. 4 Alph. 2 pl. cum duplici indice 12 pl. Witteb. 1700. 4. De hoc opere elegantissimo ceterisque scriptis b. Aut. Dn. STRYCK c. 1. sequens fert judicium: *Si ullus interpretum perspicuam Novel-las explicandi viam ingressus est, hoc fecit MATTH. STEPHANI, ut-pote qui in omnibus suis scriptis in id serio enisus est, ne tricas et otiosi ingenii somnia proponeret; sed illa, quæ in ipsis rerum obtinent argumentis singulari perspicuitate doceret.*

XXI. *Meditationes sacrae über die Sonntägliche Evange-lia.* Greysw. 1635. 8. 15 pl. Dedicatio directa ad Dn. Orth. Thom. Gerdt Behren, Consiliarios provinc. et Rud. Christ. Owstin. hereditarium zu Quilow. Quibus adjectæ geistliche Lieder und Psalmen D. MART. LVTHERI und anderer from-mer Christen, junctim cum prioribus 1 Alph. 5 pl. it. modo adductæ Einhundert geistl. andächtige Meditationes und Sup-licationes.

XXII. *Tract. de Jure Patronatus.* Gryphisw. 1631. 4. eun-dem h. a. primum in lucem prodiisse apparet ex Præfat. A. præ-missa Comment. ad Novellas de 1630. qua recenset scripta a se edita, additque Tractatum de Jure Patronatus brevi D. V. esse infecuturum. Dicatus est JOHANNI et FRIDERICO, fratri-bus COTHMANNIANIS. Postea eundem correctiorem et du-  
plo



plo auctiorem reddidit 1639. dedicatione ad COTHMANNOS repetita. Denuo prodit Gothæ. 1672. 4. I Alph. 8 plag. præmissa *Præfat.* SAM. REYHERI, Matthes. Prof. Kilon. ubi vitam scriptaque auctoris, supremis, ut ajunt, digitis tangit. data Kilon. ante Kal. MART. 1672. 4. *Elog.* v. in STRUVII *Biblioth. jur.* p. 528.

### III. ORATIONES.

I. Oratio de *Lingua latina ejusque addiscendæ ratione.* habitata *Erfti ad Oderam* 1592. in Collegio Dn. CHRISTOPH NEANDRI, *Organi Aristotelis Prof. publ.* Typis exscripta ANDR. EICHHORN 1593. Præmissum est NEANDRI *Epigramma* in doctas latinæ linguæ laudes, et dedicatio directa ad BURCH. HEIDENREICHIVM, *Eccles. Soldinens. in Neomarchia Past.* Scripta *Himmelfesti* ex domo Principis m. Januarii anni recens inchoati 93. integrum scriptum 3 absolvit plag.

II. Oratio de *Vita et Laudibus Magnif. Dn. HENR. NÖRMANNI*, in *Acad. Gryphisw. quondam Profess. jur. ord. item Aulae Wolgast. Consilarii et Præfecti Rugiæ, hereditarii in Dubnitz et Poppelwitz.* Adjecta Auct. *Tractatui de Nobilitate Lib. I.* edit. de 1617. 8.

III. Oratio de *Jure Cancellariorum*, in renunciatione 2. DD. juris habita 1621. v. supra inter *Discursus ejus academ.* Vol. I. n. 1.

IV. Orat. de *Gradibus promotionum et nominibus dignitatum academ.* v. c. l. n. 2.

V. Orat. de *Episcopis et juribus Episcopalibus.* v. c. l. n. 3.

VI. - - de *Origine Scholarum &c.* v. c. l. n. 4.

VII. - - de *Potestate Capituli sede vacante in decernendis honoribus academicis.* v. c. l. n. 5.

IV. PRO-



## IV. PROGRAMMATA.

## I. Invitatoria ad Lectiones et actus academicos solennes.

1. Progr. invit. civilis sapientia studiosos in Acad. Gryphisw. publice propositum cum Codicis interpretationem auspicaturus esset d. 12. Julii 1665. Quo præmissa succincta historia Academia Gryphicæ agit de Utilitate et privilegiis scholarum, et necessitate Doctores eorum præmiis ac salariis honestis prospiciendi, cum alias avaritia Patronorum bonis doctisque Professoribus sint destitutæ; ubi, qua nostram Academiam testatur, hoc in aprico esse, quod semper in quavis Facultate præclarissimos et excellentissimos viros Professores habuerit, quorum radii in omnes mundi plagas sese extenderint. Infimulque extollit benignum Principis PHILIPPI JULII erga Academiam nostram et quoque erga se animum, cum ex singulari et heroica affectione erga litteras publicam juris Professionem ex publico constituto salario ipsi demandaverit. Præmissum est hoc Progr. Eius Interpretationi Codicis Justinianeï Lib. I. priorum XIII. Titulorum, editionis de 1609. in 8. et 1623. in 4to.

2. Item ad M. ROSCHII Disp. inaug. de Assistentia Vasallorum v. supra inter Disp. Num. 38.

3. It. ad actum Promotionis doctoralis Dn. HENN. HARDERI d. 7. Dec. 1631. in f. pat.

4. It. Dni SIGISM. GRASSI, DAV. MEVII, JOACH. ERICHII, JOH. SITHMANNI, HERM. QVERINI, MART. FLATI, d. 17. Sept. 1635. f. p.

5. It. ad introductionem novelli Philos. pract. et Histor. Prof. ordin. JOACH. KRACKEVITZII d. 6 Dec. e. a. 4.

6. It. ad Disput. inaug. Candidatorum FRANC. STYPMANNI, EMAN. KOPPENII, SIM. JOH. GVTZMARI, d. 3 Juny 1637. 4.

F

II.



## II. Programmata festa.

1. In *Festum Nativitatis Christi* 1625. 4. item 1635. 4.
2. - - *Paschatos*. 1626. 4. it. 1636. 4.
3. - - *Pentecostes*. 1626. 4. it. 1636. 4.
4. - - *Michaelis*. 1626. 4. it. 1636. 4.

## III. Programmata funebria.

I. in *obitum* DOROTHAÆ FALCKEN, CHRISTOPH SCHWARTZEN J.U.D. et Episc. Cammin. Cancellarii Viduæ d. 15 Jan. 1636. 4.

I. - - EMERENTIAE, filiolæ GEORG MASCOVII SS. Th. D. et Prof. d. 2 Mart. e. a. in f.

3 - - BARTHOL. WILDEN, Diac. Eccles. D. Mariæ d. 2 May e. a. quod etiam adjectum est concioni funebri et Personilibus in memoriam defuncti editis in 4.

4 - - REGINAE, filiola JOA. VOLSCHOVII, Theol. D. et Prof. d. 13. Jul. 1637. in for. pat.



Hæc sunt, quæ pro instituti ratione in gratiam Dni CANDIDATI præmittere ex re esse duxi, Inveniet in vita præclarissimi STEPHANI, de Academia nostra immortaliter meriti, quod sectetur. Immo, vitæ curriculum Dni CANDIDATI, quod ipse delineavit, quodque propriis, ut conceptum est, verbis, hic communicabo, ad oculos ponit, se viam virtutis ac eruditionis, quam a teneris ingressus, presso jam pede prosequi, Faxit ut fiat feliciter!

Natus



Natus sum Wismariæ A. O. R. Millefimo septingentesimo tricesimo tertio, die 13 Mensis Octobris. Patrem veneratus sum Virum Prænobilissimum JOACH. MARTINVM SCHEFFELIVM, supremi Adpellationum tribunalis, quod in Alma patria mea floret, Protonotarium ac Secretarium longe meritissimum gravissimumque, iam inter coelites triumphantem; Matrem vero BARBARAM CATHARINAM KÖCKERTEN, Viri Prænobilissimi et Consultissimi JOACHIMI KÖCKERTI, J. U. D. et summi Tribunalis Regii Advocati et Procuratoris ordinarii quondam celeberrimi filiam, summa filiali observantia, per diuinam gratiam adhuc superstitem colo. Suavissimis hisce Parentibus meis curae fuit cordique, vt primo jam à flore iuuentæ, religione ac bonis moribus imbutus, studiis consecratus liberalibus, privatae curae et informationi clarissimorum et fidelissimorum praeceptorum commenderer. Inter hos præcipue debito honoris et amoris cultu prosequor, Virum Clarissimum J. J. ARENDSIVM, Lycæi nostri Sub-Rectorem longe meritissimum, cuius privata institutione per sexennium, et quod excurrit, usus sum, cuius indefesso studio, fidelissimoque labore, quicquid in litteris humanioribus profeci, me debere grata mente profiteor. Anno 1753. initio Mensis Maii, patre carissimo, proh dolor! paucis ante mensibus orbatus, simulque paterna providentia, ad-



hortationeque fidelissima privatus, consilio Fautorum meorum aliam Salanam Academiam adii. In hac mufarum fede, Viro Magnifico, Consultissimo et Amplissimo JOH. WILHELMO DIETMARO, J. V. D. Professore P. O., curiæ Provincialis Saxonicae Communis, Facultatis Juridicæ, et Scabinatus Assessore ordinario, fasces Academicos tunc temporis feliciter moderante, civibus academicis adscriptus, tres per annos scholas Excellentissimorum et perquam Doctorum Virorum frequentavi. Logicam nimirum, Metaphysicam, Jus naturæ, Mathesin puram et Philosophiam moralem ex ore Illustr. et excellentis, ac famigeratissimi DARIËS hausi. In Physicis et Matheseos applicatae principiis Viri Doctissimi SVCOWII, tunc temporis Philosophiæ Doctoris, nunc Professoris P. Ordinarii Physices, solida manu ductione usus sum. In jure Civili primum Consultissimi Domini TITTELII, et deinde Illustr. JOH. AUG. HELFELDII prælectionibus ea, qua decet diligentia interfui. In notitia Præcipuorum Europæ statuum ex delineatione Gebauriana, ut et in Historia sacri Romano Germanici Imperii Virum Consultissimum SCHMIDTIVM habui auctorem. Principia juris feudalis Vir. Illustr. JOH. AUG. HELFELD, cujus laudem nulla obscuratura oblivio est, perquam docte mihi ex genuinis fontibus tradidit. In jure criminali Virum celeberrimum SCHMIDIVM Prof. P. O. Facultatis Juridicæ



cæ et Scabinatus Affefforem ordinarium, in Jure Canonico Virum Consultiffimum SCHMIDIUM, tunc temporis J. V. Doctorem, nunc Sereniffimo Duci Saxo-Coburg. a Confiliis regiminis, præceptores veneror fideliffimos. Triennio itaque feliciter et ex voto in hisce studiis peracto, fuafu studiorum meorum moderatorum, Moecenatumque in æternum deuerandorum, vale mufis Salanis perquam gratis, dicens, Academiam Georgiam Auguftam, celeberrimam omnium liberalium artium officinam, nobiliffimumque litterarum, fcientiarumque emporium, anno 1756. mense aprili petii, et sub Pro-Rectoratu Viri Magnifici summe Reverendi JACOBI WILHELMI FEVERLINI S. Theologiæ Doctoris et Professoris Primarii, Confiliarii Confiftorialis Regii, et Diocefeos Göttingenfis Superintendentis Generalis, longe meritiffimi, matriculæ academicæ nomen dedi. Per unius anni fpatium hic commoratus, Viros famigeratiffimos, omnique laude mea majores, BÖHMERUM, PÜTTERVM et MEISTERVM in studio Juris tam privati quam publici duces ac Præceptores habui. Præcipue vero Fratrum BECMANNORVM biga maximopere mihi colenda, quorum Seniore Praxin forenfem folida eruditione delineantem, Juniorem vero Librum XLVII. et XLVIII. Digestorum, vulgo Libros terribiles dictos, explicantem frequentavi. Quin imo ex horum amicabili et docta converfatione, qua nihil



jucundius, nihil utilius, nihil exoptatius, mihi unquam contigit, haud exiguum in me redundavit commodum. Studiis denique meis ad optatam hancce metam perductis, ad patrios reverfus Lares, ea, quae ab Excellentissimis Doctoribus meis accepta et tradita habui, altius repetii recoluique, insuper quoque diligenti actorum lectione animum meum ad praxin forensensem praeparavi. Quo in studio ut eo feliciores progressus mihi promittere possim, consilium coepi gradum expetere Licentiati in jure; ideoque circa finem, jam anni 1757. Amplissimae Facultati juridicae in illustri Gryphorum Academia nomen meum fui professus, quae etiam gratiose petitis meis annuit. Sed variae intervenere causae, quae remoram hic injecere. Inter quas etiam refero belli tempestates, quibus sub initio hujus anni tam Pomerania quam Megapolis conflictari habuit; His superatis, mox coeptum semel consilium ad effectum perducere, laboravi. Ideoque ad ea, quae juris Candidato incumbunt, tentamina suscipienda me accinxi; quibus, ut et ulterioribus meis conatibus benignissimum Numen ex alto benedicat.

Feliciter haec omnia ex voto cessisse Dno CANDIDATO, ego ipse testis et interpres sum. Exantlato enim non tantum ante aliquot dies summo cum applausu nostro, rigoroso ut dicitur, examine, sed et publice non minori cum applausu recitatis Lectionibus cursoriis super legem 4. ff. de Officio Assessorum quae iisdem verbis recurrit in l. 19. §. 10. fin. ff. Loc. cond.

ex

ex qua DD. colligunt Comites Legatorum Cæsaris, quorum ibidem mentio facta, quam maxime cum nostris convenire Advocatis, et promissum annuum salarium Advocati sub initio anni decedentis, heredibus ejus integrum deberi, Disputationem nobis oblatam de utissima ac in praxi frequentissima Juris Lubec. materia ex *Libro ejus II. integris XXXIV. articulis* pertractatam, de *Sucessione ab intestato ex Jure Lubecensi*, publico eruditorum examini jam jam submittere, eamque contra oppugnationes adversariorum defendere paratus est; quo actu finito promeritos Licentiati honores privilegiaque ex decreto Facultatis ipsi conferre institui; cui solennitati ut MAGNIF. DN. ACADEMIÆ PRO-RECTOR GENEROSISSIMVS, REG. DICASTERII DN. DIRECTOR, UTRIVSQUE COLLEGI PROCERES, nec non AMPLISS. SENATVS URBICI ET REV. MINISTERII ECCLESIASTICI MEMBRA, et UNIVERSA STUDIOSORVM LECTISSIMA COHORS frequentes interfint, nostrumque actum sua honorifica præsentia eo splendidiorem reddant, omni, qua decet, humanitate contendo.

P. P.

SVB SIGILLO FACVLTATIS IVRIDICAE

B.

MDCCLVIII.



## CORRIGENDA.

- P. 3 - lin. pen. pro *huic* l. *hinc*.  
- 5 - lin. 13. pro *Werlicium* l. *Herlicium* it. pro *Clingenb.* l. *Clinckenberg*.  
- 8 - lin. 25. pro *Zimdorfa* l. *Zimdarfa*.  
- 9 - lin. 19. pro *parte* l. *peste*.  
- 10 - lin. 12. pro *tim* l. *tem*.  
- - - not. 5. lin. 2. post. *simus* adde *nec*.  
- 12 - lin. 15. pro *Hac* l. *Hæc*.  
- - - lin. 18. pro *Membrum* l. *Membra*.  
- 14 - lin. 9. pro *Ludewig* l. *Ludenus*.  
- 15 - lin. 19. pro *mariti* l. *nostri*.  
- - - lin. 20. pro *Feydelia* l. *Seydelia*.  
- 16 - lin. 20. pro *M.* l. *At*.  
- 17 - lin. 16. a verbo *Inferta*, usque 8 St. p. 276. deleantur.  
- 18 - lin. 21. pro *e.* l. *est*.  
- 19 - in XL. pro *Thoderico* l. *Thodenio*.  
- 22 - n. XL. pro *Pareationis* l. *Pariationis*.  
- - - n. XLII. lin. 2. pro *Dar.* l. *Dav*.  
- 23 - n. 1. pro *ex* l. *et*.  
- - - n. 10. lin. 2. pro *upiscopali* l. *episcopali*.  
- 24 - n. 7. pro *Rugemo* l. *Rugenwalda*.




33. Malthafar, pragm. cum Imperator Rudolphus quondam Episcopi.
34. Malthafar, pragm. cum Imperator Rudolphus Episcopi.
35. Truber, de excussione Sinistrarum, cum Imperator Rudolphus Episcopi.
36. Truber, de clausula codicillari.
37. Tresenreuter, de his qui heredes institui prohibentur.
38. Trues, de superstitionis conditoribus et propagatoribus.
39. Trues, de iuribus in iuris naturalis doctrina.
40. Trues, de decore gentium circa belli initia.
41. Trues, de auctoritate et fide gentium et reipublice.  
Hanc Eruditus Rudolphus inus Rudolphus.
42. Tribbeckhonus de commerciis.
43. ——— ——— ——— ———
44. Toler, de iure stipulac civitatis Francofurtanae ad Viadrum.
45. Trier, de officio Ordinarii in academiis.
46. Troppanneger, de potestate electorum et principum imperii circa ius nobilitatis subditis suis conferendis.
47. Troppanneger, de dote non promissa praestanda.
48. Troppanneger, de momento temporis.
49. Melis, an fideicommissarius suorum rerum fidei commissariae dominus sit, proptereaque non ex venditione aut permutatione rei fidei commissae acquiritam licet fuerit, a possessore inter medio gravato, postmodum alienata nihilominus tanquam rem fidei commissae subjectam, a tertio possessore vindicare possit.

50. Helis, <sup>jure</sup> de separatione in concursu Creditorum et utrum  
hac jure in Salsatia superiori etiam post quinquennium locum  
habeat.
51. Helis, quousque parentibus licitum sit liberis suis hereditatem de-  
trahere et quid ad voluntatem parentum maxime nuncupati-  
onem probandam requiratur?
52. Helis, si quis nomen ipsum sub condit. evictiois accipiat, an  
et qualem actionem habeat accipiens, adnegas eundem periculo exis-  
te: etc.
53. Helis, in quantum et quibus modis uxor pro marito valide se obliga-  
re queat? et quid hac in re cum primis in Salsatia superiori sit  
jurus?
54. Helis, quousque superstes conjux, altera parte defuncta, in hono-  
rum recuperatione defendi, casus ipsi competere queat?
55. Helis, an foris cum tertio contractus beneficium divisionis  
gaudeant?
56. Hoffmann. de origine, progressu et natura juris prudentiae  
criminalis germanicae.
57. Hoffmann, de revocatione testamentorum ex juris germanici  
principiis explicata.
58. Hoffmann de coemeteriis ex urbibus tollendis, non vbiq. Salsatia  
von Gottschalden mit dem Hütten.
59. Hoffmann. de communiōis bonorum conjugum non nati-  
ra atque principiis.
60. Hoffmann, de jure separandi aliam a fundo
61. Hoffmann, de donationibus propter nuptias.
62. Hoffmann, de jure consuetudinis.
63. Hoffmann, de die ac nocte nuptiali, non vbiq. Salsatia  
von Gottschalden.







TIONIBUS PROPTER NUPTIAS.

35

rente lib. 6. de bell. Gall. c. 19. proditum:  
ntas pecunias ab uxoribus dotis nomine acce-  
tis bonis, æstimatione facta, cum dotibus com-  
omnis pecuniæ ratio conjunctim habetur, fru-  
ter eorum vita superarit, ad eum pars utrius-  
uperiorum temporum pervenit. Si hæc testi-  
ta sunt, si nimium exigimus ab ætate, qua  
enta aut latebant, aut negligebantur, mi-  
quod non vel ex sola nativa & domestica  
um jurium, quæ in nuptiis observantur,  
nt, morum illorum rationes non ex san-  
rum, sed patriis consuetudinibus esse pe-  
ebant tot germanica nomina & verba, quæ  
niam pervenisse, aliquem somniare pos-  
debatur. Huc referenda MORGEN-  
ALITIUM, DONARIUM, GE-  
weil aliaque quæ vel ex ipso sono originis  
facile deprehendi potuissent, nisi illo tem-  
i artificio fuisset habitum, Germanorum  
ntiæ romanæ inferre & in ea primam ge-  
faciem perdere. Hæc in præsentī mate-  
nstrari possent, si liberum esset ad specia-  
& in diversam DOTIS GERMANI-  
ONUMQUE CONJUGALIIUM  
uirere. Id vero nostrum jam non pati-  
rspicientibus, quam vastus & difficilis hic  
nem paucis & angustis dissertationis aca-  
bsolvere, non permittitur. Placuit in alla-  
is acquiescere, & de eo tantum, quod  
identia DONATIONEM PRO-  
TIAS appellare solet, paucis dixisse.

FINIS.

CON.